alterius ꝓbatio secunde ꝯñe negatio in añte negat idemptitatē vniuersal'r ergo sequitur negatio idēptitatis eiusdem a se sicut a supiori ad inferius negando. ⁊ hoc tm̄ significat cōsequens. ¶ Itē seqtur sor. senex differt a se puero ergo sor. senex et sor. puer differūt ergo sor. senex ⁊ sor. puer sunt multa ⁊ vltra ergo sortes ⁊ sor. sunt multa ꝯñs est falsū ergo ⁊ p̄mū añs: ꝓbatio p̄me ꝯñe sic eniȝ sequitur in oibus relatiuis eq̄perantie sequitur. n. sor. est silis pl'oi ergo sor. ⁊ plato sunt similes. Et ratio est hec quia relatm̄ equipantie eq̄liter denoiat utrūq; extremū: ꝓbatio secunde dr̄ñtia est spēs multitudis per Ar. 5°. ⁊ q̄rto metaphice. seq̄tur ꝙ differūt ergo sunt multa sicut seq̄tur album est ergo coloratū ꝓbatio tertie ꝯñe quia ab inferiori ad suuȝ supius tenet affirmando quēadmodū a determinatione nō diminuente sequit' ad determiabile sic arguit' ibi ꝙ ꝯña bona. ¶ Ad opposită est Por°. Iteȝ arguit rōne sic circa ens imediate opponūtur idem ⁊ diuersum p Aristo. x°. meta. aut ꝙ sor. senex ⁊ sor. puer sunt idē nel diuersum nō idem quia tunc hec affirmatia sor. senex est sor. puer eēt vera sed hoc est falsū est ꝙ diuersū ⁊ hic sumit' dr̄ñs vt est cōe ad oē diuersuȝ. ¶ Rñdeo dōȝ ꝙ ꝓpō distiguenda est ꝺm equocationē quia sumpto differre in cōi est vera ꝓpō q₂ istomō quodcūq; accn̄s ipedit diodam ydēptitatem accipiendo tam dr̄ñtiam pro ꝓpa uel magis propria est propō falsa ut patet ex ratione istarum dr̄ñtiaꝝ. ¶ Ad p̄mū argumentū pōt dici ꝙ oportet extrema relationis eē in actu quo ad rōnem referendi ⁊ ñ quo ad existentiam quia p̄us ⁊ posterius licet nō simul existant tñ simul sūt ꝺm rōnem q̄ referunt' nā qñ p̄us ē sub rōne p̄oris posterius est sub rōne posterioris licet tunc nō existāt. Al'r potest dici ꝙ sor. puer nō est pse extremū h⁹ relatōis ꝫ sor. puer dr̄ñs quia perse extrema relatōis eq̄pantie noiant' eodeȝ noie illius relatōis: illud aūt extremū ē pse sit' cū sorte sene dr̄ñte quia ꝓ eodeȝ tpre est hoc dr̄ñs ab illo ⁊ illud ab isto. ¶ Ad secundū dico ꝙ hec ꝯña nō ualet non est idem sibi puero ꝙ nō est idē sibi quia in p̄ma negat' ydemptitas respectu t'mini accn̄talis in secūda vo respectu termini s̄balis q̄ iportat' p sibi quod ē relatm̄ reci ꝓcū ⁊ in hoc fit fallacia ꝯñtis quia ad diuersitatē accidentalem nō sequit' diuersitas s̄balis ꝫ econuerso ꝫ siml' in ꝯñte referataňs cū determiatōne. s. hoc totum sor. senex tūc patet ꝯña nō valere quia in añte ⁊ consēqnte respectu diuersoꝝ termioꝝ accidentaliū negatur ydēptitas. Unde qd̄ hic assumit' in probatōne ꝙ in añte negat' ydemptitas vliter falsū est ꝫ tantū respectu hui⁹ termini sor. puer. ¶ Ad tertiū dico ꝙ negat' p̄ma ꝯña propter negatōeȝ inclusam in differt ut patet in alijs quia hec est uera sor. differt ab omni hoie sicut sor. ñ est idē oi homini hec tñ est fl'a sor. ⁊ ois hō differūt sicut hec sor. ⁊ ois hō nō sūt idē. ¶ Ad ꝓbōneȝ dicit' ꝙ tenet i relatis eq̄pācie ubi nō icluditur negatio ut de simili patet sic nō ē de dr̄ña ¶ Cōtra h⁹ negatio iclusa i differt nō tollit t'leȝ ꝯñaȝ nisi pp h⁹ ꝙ tin⁹ p̄cedēs ipȝ ⁊ s̄bseq̄ns diuersā habēt suppōeȝ: vñ obꝺuata eadē suppōe: tȝ tal' ꝯña cū differt ꝫ i singl'aribꝫ ñ refert p̄ponē uel postponē negatōeȝ p Ar. 2°. piermēias ꝙ i ill' cū differt bñ tȝ tal' ꝯña. ¶ Nō pōt ꝯcedi illō vltimū ꝯñs scȝ sor. senex ⁊ sor. puer sūt ml'ta ꝫ nō seq̄tur sor. ⁊ sor. sūt ml'ta q₂ illa detina° in añte respectu tl'is p̄ti diminuit a sor. absolute. iō nō seq̄tur ut supi⁹ ad iferius ꝫ ut ꝺm quid ad simpl'r sit'r in illo ꝯiūcto sumit' sor. ꝺm accidēs q₂ ꝺm rōeȝ alicuius quod ꝺm rōneȝ talis p̄dicati est sibi exneū absolute sumpto ⁊ in dictis ꝺm accn̄s siue p̄dicatis siue subiectis ñō tenet a coniunctis ad diuisa p Ar. 2°. periermenias.

15

.q.24

Q Ueritur de pma diffone dr̃n-tie.s. dr̃ntia est qua species ha-bundat a gñe an sit ꝯuenient data. Q nō videt̃ quia quod habūdat ab alio est in plus illo genus est in plꝰ ꝙ̃ species ⁊ nō econuerso p Aristoti. in pdicamentis vbi dic̃ aial plus ꝯple-ctitur ꝙ̃ hō ergo ꝛc. Itē si sic quero a quo spēs habꝫ dr̃ntiaꝫ nō a nullo qꝛ ex nihilo nihil fit nō a se quia nihil fa-cit se eē i actu si igitur habeat ergo hꝫ hoc a gñe ꝫ hoc est incōueniens ꝑpter duo. Primū est quia tūc nō habūda-ret in hoc a genere cum vtrūqꝫ habeat illud. Secūdo quia haberet tunc geꝰ in se ꝯria qua.n.rōne vna species habꝫ vnā drñaꝫ a genere pari rōne alia spēs habebit aliā dr̃ntiam sibi oppoitā ergo vtramqꝫ habꝫ ꝙ̊ oppoita sil'. Dicit̃ hic sicut Porꝰ in littera respondere vide-tur ꝙ species habet dr̃ntiaꝫ a genere ⁊ ita genus habet illā dr̃ntiaꝫ i potentia tantū: spēs aūt actu nec seq̃tur tunc p-mū incōueniens quia illud habūdare debet intelligi quo ad actu habere.

Ad secundū dicit̃ ꝙ nō est inconue-niens oppoita sil' ineē eidem i potētia

Cōtra pmū a nullo pōt aliq̇d uerius haberi ꝙ̃ ipm illud in se habeat igitur a gñe non potest spēs habere veriꝰ dif-ferenciam illam ꝙ̃ genus habeat illaꝫ sed spēs habet illam actu genus tantū i potētia ꝙ̊ spēs illā a gñe nō hꝫ. Cō-tra secundū ois potētia est reducibilis ad actū igit̃ si oppoita i potētia insunt generi poterūt inesse actu quod est im-possibile. Itē cōtra vtrūqꝫ sil' illō qō tm̄ iest alicui i potētia nō predicat̃ vere de illo cum hoc verbo est qꝛ eē denotat actualē vnionē extremoꝝ: ꝫ hec ē vera aial ē rōale ꝙ̊ pdicatū nō tm̄ inest subo i potētia. Ad oppoituꝫ est porphiriꝰ

Dicendū ꝙ spēs habūdat a genere in dr̃ntia quia diffinitō exp̄mit totū p se itellectū diffiniti quia aliter nō con-ueniret pmo diffinito ꝫ diffinitō ꝯstat ex gñe ⁊ dr̃ntia ergo dr̃ntia est aliquid de pse itellectu spēi ⁊ nō de itellectu ge-neris quia si sic genus pse pdicaretur de dr̃ntia uel ecōuerso quoꝝ utrūqꝫ est falsum ⁊ nugatō eēt in diffōne quia ex-ponēdo rōeꝫ gñis ⁊ dr̃ntie loco noim idem bis diceret̃ ꝙ̊ spēs habūdat a ge-nere. Ad pmū dico ꝙ esse in plus ē dupl'r.s.ꝭm ꝯtinentiā actualē uel potē-tialem siue ꝭm idr̃ntiam ⁊ isto 2ºº geꝰ ē i plus ut vult auctoritas adducta spe-cies vero aliomō ⁊ iō sic habūdat a gñe

Ad secundū dico sic̃ dictū ē quia sic̃ ꝯpoitum natale habet formā i potētia a materia inquantū mā est i potentia p se ad formā ⁊ iō qñ mā est: ē etiā forma cōpositi i potētia formā aūt hꝫ ꝯpositū i actu ab agente quod actu inducit for-maꝫ i materiā sic spēs i potentia habet dr̃ntiaꝫ a gñe quod est ꝑportionabile mãie. Ad pmū ꝯ hꝰ cōcedo ꝙ spēs nō hꝫ dr̃ntiam in actu a genere qꝛ nec genus illā habet actu. Ad secundū pōt dici ꝙ nō est incōueniens oppoita i actu inesse eidē gñe licꝫ sit iconueniēs de eodē numero. Vel al'r ꝙ potentia nō dicit̃ hic ordo ad actū sicut sumitur 9º metaphice ꝫ potētia dicitur hic ide-termiatio sicut p oppoituꝫ actus ꝑpe determiat aliud ⁊ tunc genus hꝫ dr̃nti-as i potētia.i.idetermiate ⁊ istomō nō i-telligit̃ ꝑpō illa ꝙ ois potētia reduci-bilis est ad actū. Per hoc ad aliud cō-cedo eniꝫ ꝙ hec eēt vꝰa aial est rōale nā sua cōtradictoria est falsa ꝫ nō est vera vl'iter nō est.n.incōueniens aliq̇d p̄ri-vere de eo quod ē i potētia ad ipm.i.in-determiate se habet ab ipm ⁊ hoc par-ticl'ariter non vl'iter.

.q.26

Q Uerit̃ an drña possit diffiniri Q ñ videt̃ qꝛ dr̃ntie nō ē dif-ferētia sic.n.eēt ꝑcedē i ifinitū oē aūt quod diffinit̃ hꝫ drāꝫ. Item sola species diffinit̃ dr̃ntia nō est spēs

Ad oppoituꝫ est Porꝰ. Ad.q.di-cendū ꝙ drña pōt diffiniri qꝛ hꝫ geꝰ.s. vl'e qō p aliq̄ꝫ pse drñaꝫ descēdit i ipaꝫ vt patebit in sol'one questiōis seq̄ntis.

A d oppo.m porph.

Dup^x ē drīa . s. ut quid . ꝛ drīa ut modꝰ . drīa ut quid . ē illa drīa ī cōi ꝛ sic nō diffīt hic drīa . s; drīa ut modꝰ . est illa . s. addita ī diuiduū ꝛ sic hic diffinīt . nō pnt ē indiuiduū s; res spēi

Ad primū concedo q̄ drītie nō est drītia respectu cuius drītia habet rōnem differētie ſ; potest habere drītiaʒ respectu cuius ipsa est species sicut hō quod est predicari in quale per quod ꝯstituitur drītia in sua specie sicut homo per rōnale. Cōtra tunc drītia respectu alicuius non est drītia quod ē fſm quia necessario ē drītia ꝛ pse ḡ respectus ad quodcūq; non poterit illud tollere. Cōcedo q̄ drītia ut quid inse nō est drītia ut modus tamen necessario ē drītia ut q̄dsic spēs est modus eius.

Ad aliud cōcedo q̄ drītia est spēs.

.4.27. Queritur an hec diffinitō sit cōueniens: drītia pdicatur de plribus drītibus specie in eo q̄ q̄le. Q. non uidetur quia diffinitū excedit diffinitōeʒ pdicatur.n. diffinitum de vltima drītia ꝛ ꝯpletiua speciei ꝛ nō diffinitio quia illa drītia tantuʒ inest speciei specialissime ꝛ eius suppoitis. Item diffinitio excedit diffinitum pbatur quia sensibile pdicatur de pluribus drītibus specie in eo q̄ quale et tñ nō est drītia quia drītia est abstractum significans aliq̄ intentōem secūdam. Impossibile est aūt aliquā secundam itentōeʒ in abstracto pdicari de re pme intentōis pbatio assūpti q̄r differens dicit denoīatiue a drītia denoīatiuū aūt tantū differt ab abstracto solo cāu ḡrc. aīs patet per Porphirium. nā vbi vult exponere mēbra diuisiōis drītie exponit sic differt.n.soz.senex a se puero ꝛ ꝯsimiliter i alijs. Itē hoc quod est pdicari de est rō relatiui vt pʒ de vlī drītia anteʒ nō est relatiuum q̄r
.4.26. relatio non refertur esset.n. pcedere i infinitum: drītia aūt est relatio q̄r fm ipsaʒ refertur drēs ad drēs est eniʒ relatō equipantie omne.n. differens differt a differente ḡ drītia nō refertur. hoc etiam pʒ inductie quia ad nullam rem pme intētionis referē quia nō est simul nā cum aliq̄ nec ad aliquā secundam intentionē quia nō ad genus uel spēm uel indiuiduū quia quodlibʒ illorum hʒ aliud correlatiuū ut pʒ ex pdictis nec ad propium uel accidēs quod ē manifestum. Itē oēe diffinitū differt specie ab alijs per suam diffinitōeʒ differētia aūt nō differt quia fm ꝛ ꝑtum signtur sub oppoitis mēis iseparabilibꝫ qui causant falsitatem. Iteʒ Porꝰ ponit alias diffōnes ḡ uel ille nō valet uel ista nō valet quia vnius tm̄ est vna diffinitō p Aristo. 6º topicoꝝ. Ad oppoituʒ est Porphirius. Dicēdū ad q̄ōneʒ q̄ drītia est duplex quedam vltima quedā itermedia hec diffinitio ꝯuenit drītie intermedie vl'iter ꝛ ē va diffinitio ponūtur eniʒ ibi genus ꝛ differentia ipius drītie quia drītia spēs est respectu vl'is sicut de gñe pus dictū est quia vl'e p drītias sibi additas in ipam descēdit quia ille pse diuidūt vl'e ꝛ ipm ad drītiam ꝯhunt. drītia auteʒ pse diuisiue supioꝝ perse sūt ꝯstitutie iferioꝝ quia p illas supius determinat ad iferius tñ non est diffō vl'iter quia nō drītie vltime. Sicut.n.est quedaʒ spēs specialissima ꝛ q̄dā subalterna ꝛ sicut est aliqua descriptio data de specie specialissima tm̄ sic est drītia quedam ultīa ꝛ q̄da iēmediā sic q̄ ē alia dscriptō ꝯueniēs drītie itermedie cuiusmōi est ista. Cōtra illa drītia vltia nō diffinitur nisi p drītibꝫ numero ḡ est aliud vl'e ab ista hic diffinita sicut species est aliud vl'e a gñe nō enim est alia drītia inter genus ꝛ speciem nisi in drītibus spē ꝛ numero q̄ duo ꝯsīr se habēt circa pri in q̄d ꝛ in quale cū igiē pdicari i quid faciat duo vl'ia ergo pdicari in q̄le alia duo. Itē fm nullā vnā diffinitōem drītia ꝯuenit differentie intermedie ꝛ vltime q̄r i illa diffōne opoʒtʒ habē pri de pluribꝫ in quale ꝛ nō poterit poni drītibus specie nec numero ḡ ēquoce ꝯuēit illis nec illō tm̄ de plrībꝫ in quale sufficit quia pluribꝫ equiuoce cōuenit pluribus specie ꝛ numero sic vnum equiuoce cōuenit vni spē ꝛ vni

16

in numero ut patet 5º metaphice capº de vno sed tunc uidetur q diffinitio vniuersalis in qua ponitur predicari de pluribus absolute et nõ pro aliquo significato nihil valeat l' si sic tũc poterit differentia diffiniri cõi p pdicari de plibus i quale itelligẽ quale p qli eẽnciali. Sz cõtra tunc genus et spẽs erũt vnũ vle sicut et differentia cuius unius vlis eẽt vna diffõ pdicari de pluribus in quid. Dici põt q genus et spẽs nõ tm dnt per hoc q ẽ pdicari de plribus numero et specie dñtibus sed in qd cõuenit eis equoce quia genus pdicat ptem eẽntie et spẽs vero totũ nõ sic aũt quale subale conuenit equiuoce dñtie vltime et iterme die quia vtraqz dicit partẽ formalẽ dif finitio igit ista ñ ẽ tm dñtie inmedie et ñ ultie. Differẽtie aũt in cõi ẽ sufficiens diffinitio pdicari de pluribus i qle q pueniut vtriqz dñtie predicari autez in quid vniuoce nõ cõuenit gñi et spẽi: tõ illa sunt duo vlia: dñtia vo unũ pro diffinitõe aũt vlis et differẽtie sic in cõi oz dicere plura eẽ uniuocũ ad plra spẽ et ad plra nũero et simplr icẽ lz vnum isit vni numero et specie simplr et fm quid sicut nõ hõ est vniuocũ ad mortuũ et nõ mortuũ licet hõ pueniat simpliciter et fm quid illis nec est unũ equiuocũ ad illa quia tũc suũ oppoitũ esset equiuocũ cũ sibi oimode oppoat s sigt simplr vnum numero et p alys nõ accipit nisi per determinatõez distrabentẽ sic nec hõ pro hoie mortuo nec est incõueniẽs vnũ lz nõ sic equocũ. Adhuc distingui in hec 5º meta. et pmo topicoz quia sic multa alia noia distiguũtur ibi nõ i eq uocata s in simplr et fm quid vt pz ibi de puatione. Ad pmũ argumẽtum patet. Ad secundũ dico q dñtia potest esse nomẽ pme itentõis uel secũde pmomõ ẽ nomen abstractũ et sigt relatione et ẽ spẽs multitudis ut multũ est dñtia entis. secũdomõ est pcretũ sicut et alia noia intẽtionũ de qbus hic agit et trãsumit dñtia ut est nomen pme i

tẽtionis sigt autem intẽtionẽ applicabilez ei quod est pncipium formale differentie ut est res pme intẽtionis cuz ondũtur q sit abstractum potest dici q differre tantum dicitur denominatiue a dñtia ut est nomen pme intentõnis et q dicit Porphirius q sor. senex differt a se puero non est quia differentia ut ẽ intentio sit i vno extremo et denominet ipsuz sic sor. differt sed sic est illud. Ad propositum si sor. senex differt a se puero g dñtia est inter extrema ut dñtia est nomen pme intẽtõnis g in altero extremo est aliqõ pncipiuz quod dicit dñtia ut dñtia est itentio illud est puericia ergo puericia ẽ dñtia cõis et sic est tielligẽdũ de extremis aliorz mbroz. Ad ttiũ põt dici q dñtia ut est res pme intẽtionis ẽ relatõ et sic nõ refertur ut aũt est secunda intentio refert et nõ est relatio. Cum aũt per inductõez ondũtur q nõ referẽ potest dici q fm rõez sui gñis refert ad illud de q dicit qõ vocari põt subiectũ qr pdicatũ refertur ad fm nec ad indiuiduum nec ad spẽz ut ad pmũ conelatm quia fm Aristo. 4º topicoz oportet spẽm dici ad illud ad qõ genus dicitur. Dicitur aũt i spãli q dñtia fm q diuisiua dicitur ad genus non q genus sit primum eius conelatiuum quia pmo est speciei sed ratõne diuisi ita q primo dicitur ad diuisum fm autem q est constitutiua dicitur ad speciem non iquantum species s inquantum constituta per differentiam. Per hoc patet ad quintum quia non sunt multe diffinitiones differentie fm se sed prima ẽ eius fm q est constitutiua speciei est enim sensus differentia est qua habũdat species a genere idest que cum genere constituit speciem ita q ibi ponitur species ut conelatiuum differentie inquantum species est constituta et differentia constitutiua habundat a genere põit p pstituere et p pa rõe pstituẽdi quia non ut genus constituit speciem

Secūda diffinitio est dr̃ntie iter me
die iquantū est vl'e ꝫ si sumat̃ gñalius
dempto hoc ꝙ est dr̃ntibus spē ē ꝓpa
dr̃ntie inquantū hic de illa agit̃. Alie
due diffinitōes sunt dr̃ntie inquantuꝫ
diuisiua est pma data diuisione actiua
in q̄ ponit̃ rō dr̃ntie diuisiue.s.nata di
uidere cū correlatio scꝫ diuiso ⁊ termi-
no diuisiōis.s.ea in que diuisū diuidit̃
scꝫ ea que sunt sub eodē gñe. Quar
ta nō multū ualet ut ipē dic̄ in littera ⁊
cū corrigitur tunc cōtrabit̃ magis ad
dr̃ntiam cōstitutiuam. Ad q̄rtū pōt
dici ꝙ dr̃ntia ut est nomen secūde intē
tionis est eq̄uocū uno enim mō.sigt̃ i
tentionē applicabileꝫ ei quod est pnci
piū dr̃ntie ut est relatō realis sic̄ rōale
dicit̃ dr̃ntia ⁊ sic ē vl'e hic aliomō signi
ficat relatōnem rōnis cuius spēs sūt
dr̃ntia numero ⁊ dr̃ntia spē a quibꝫ di
citur denoiatiue dr̃ns spē ⁊ differens
numero ⁊ sic est abstractū sicut quādo
est nomē pme itentiōis. Hoc uidetur
ꝓbabile quia dr̃ns spē est vniuoce i oi
gñe q̇ est denoiatiuū intētionale simil'r
dr̃ntia diffinita sic qua differūt a se sin
gula repitur in oi gñe quia tm̄ diuersi
ficat̃ p māꝫ accñtaleꝫ q̇ ⁊ dr̃ns cōcretie
dictū quod ponit̃ in eius diffōe nō est
enim diffinitio nec discretio ꝯueniēs
nisi cōuertat̃ cū diffinito uel descripto
q̇ aliquomō est dr̃ña abstractm̄ ⁊ nom̄
secūde intētiōis a quo possit denoiatie
dici differre ut ē intētōnale. Tunc
ad argumentū ꝯcedo ꝙ differētia dif
fert ab alijs vlibꝫ diffōne ⁊ spē nec sig
nificat̃ idē p sbm ⁊ pdicatū sub dispad
rōibꝫ. Cōtra videt̃ ꝙ dr̃ntia ut ē vl'e
sit abstractū tū quia ē q̄ dr̃nt a se singu
la p q̄rtā diffōneꝫ quo.n.aliq̄d ē albuꝫ
illud est albedo tū etiam quia si sit con
cretū ⁊ denoiatiuū a quo abstracto di
cet̃ dnoiatiue videt̃ ꝙ a nullo. Ad p
mū dico ꝙ diffinitio sic itelligi dꝫ dr̃n
tia est q̄ nō ut forma informāte vt ē de
albedine ꝫ q̄ ut itentōne applicabili ad
pncipiū dr̃ntie specie singula differūt
a se differentia specie quia differre de
nominatiue dicit̃ de dr̃ntia ut est rela-
tio rōnis. Ad aliud dico ꝙ eius ab
stractū n̄ sigtur uno noie sicut nec ab
stractū generis spēi ⁊ accñtis ul' ꝓpꝛ
omnia constāt esse concreta ꝫ pōt exp
mi ꝑ circūlocutione sic intentio dr̃ntie
⁊ illud nō pdicatur de rationali. Juxta
dicta potest dici ꝙ multū cum omnibꝫ
speciebus suis ⁊ ita unuꝫ p oppositum
possunt eq̄uoce esse res uel intentōes
pmomodo loquitur de eis metaphisi-
cus 2º. logicus ⁊ sic faciliter saluat̃ eoꝝ
vniuocatio in omni genere tamē pōt
esse equiuocum ad plura specie ⁊ nume
ro saluatur etiam quomō pluribꝫ non
sit equiuocum in diffinitione vl'is.
q Ueritur de ultima particula .q.28
secūde diffinitōis differentie
.s.an differentia predicetur i q̄
le. Q. non videtur quia quid dicitur a
quidditate differentia predicat quiddi
tatē eius cuius est aliter nō poneretur
in diffininitione eius igit̃ predicatur i
quid. Jtē si p̄tur in q̄le igit̃ ē q̄litas
consequēs est falsum quia accidens ē
posterius substantia differentia est p
or speciei. Jtem si predicatur in qua
le predicatur dnomiatiue consequens
est falsum quia quod predicatur deno-
minatiue predicat aliam essentiam a su
biecto. Jtem predicatio denomina
tiua distinguitur contra predicationē
vniuocā per Aristotilem in pdicamē-
tis differentia auteꝫ pdicatur vniuoce
sicut species ⁊ genera per Aristotilem
in predicamentis capitulo de substan-
tia in secunda proprietate ergo nō de
nominatiue. Ad oppositū est Por
phirius. Dicendum ꝙ differentia
predicatur in quale quod ostendit auc
tor dupl'r. Prio q2 ad qōeꝫ factā p q̄le
ꝯueniēter rñdet̃ p differētiā. Secūdo
quia sic̄ ē i ꝯposito reali ita ꝓporcōabili
ter est in composito rationis in compo
sito autem reali est aliquid habens ra
tionem materie aliquid rōnem forme

17

igit̃ i ꝯposito rõis erũt aliq̃ istꝰ ꝓportio
nabilia: nã oĩa ex q̇bꝫ fit vnũ pse alterꝝ
ẽ vt potentia alterꝝ ut actus ꝑ Aristo.
8º metaphice dr̃ntia aũt nõ hꝫ moduꝫ
materie quia nõ est idetermiata nec in
potẽtia q̇ ꝓpria sunt materie g̊ hꝫ mo-
dũ forme forma ꝛ q̃litas ꝛ actus idem
sunt g̊ habꝫ in modũ q̃lis respectu spẽi
ꝛ hoc est p̄dicari in q̃le. Intelligen
duꝫ tamen ꝙ sicut est actus duplex pʳ
qui facit ens simpl'r in actu ꝛ secundꝰ
qui presuppõit ens in actu ꝛ tantũ facit
ens in actu tali sic est forma duplex ꝛ q̃
litas duplex ꝛ ita a q̃litate duplici du-
plex est modus qualis dr̃ntia sumitur
a primo actu.s.a forma specifica que est
q̃litas eẽntialis ꝛ ideo p̄dicat̃ in quale
eẽntiale non accidẽtale sicut aliã scd̃o
v'lia sequẽtia. Ad p̄mũ argumẽtuꝫ
dico ꝙ ad p̄dicari in quid nõ sufficit ꝙ
p̄dicet quid ꝫ ꝙ p̄dicet quid ꝑ moduꝫ
quid differentia aũt p̄dicat eẽntiaꝫ per
modũ informantis nõ ꝑ modũ subsistẽ
tis. Ad secundũ dico ꝙ ẽ qualitas
ꝫm ꝙ dicit̃ 5º metaphice. ꝫ nõ ut qua-
litas est unũ gñalissimũ sed equoce ut
forma qualitas ꝛ actus sunt eadẽ trãs-
cendẽtia. Ad tertiũ dico ꝙ ꝯña ñ
valet quia optet addere in ãnte ꝙ pre-
dicet aliã materiã ꝛ illud est falsum ꝛ si
ne illo nõ sequit̃ ꝯñs. Uel al'r ꝙ excep
to quali accñtali in ãnte vꝫ ꝯña sed sic
nõ ponitur ãñs verꝝ nã denoĩatiuuꝫ dif
fert a p̄ncipali solo casu.i.cadẽtia ad su
biectũ ꝛ illud tm̃ cõuenit his que p̄di-
cantur in quale accidẽtale quia quod
p̄dicatur i quale eẽntiale nõ habꝫ ip̃m
pro subõ ut accidens dicit̃ esse in subõ
Cõtra rñsionem ad p̄mũ argumen
tum si p̄dicꝫ quid ꝛ nõ ꝑ modũ q̇d igit̃
illud quod p̄dicat ꝛ modus sub quo p̄
dicat sũt oppoĩta dico ꝙ oppoĩta debẽt
fieri circa idẽ iõ quid ut res ꝛ quale vt
modus nõ opponunt̃ sed res rei ꝛ mo-
dus modo ut plurale significatum et
singl'are ut modus nõ opponũtur sũt
enim simul in hac dictõe plurale ꝛc.

c Irca q̃rtã diffinitionẽ dr̃ntie
querit̃ an mõtale sit dr̃ntia aĩa
lis rõalis diuisiua ꝛ hominis
ꝯstitutiua. Qꝫ sic videt̃ ꝑ Porphi.
hic in caº de spẽ. Itẽ rõale nõ ẽ ultima
homis dr̃ntia g̊ p̄ter illã optet addere
aliam illa aũt non est nisi mortale ꝓbõ
ãñtis ultima drña cõuertitur cũ diffini
to sed rõnale nõ cõuertit̃ cum homine
quia iest itelligẽtijs vt hic dicit Porʳ
ꝛ Aristo.pº ethicorꝝ. Dicit̃ ꝙ equo
ce inest illis ꝛ nobis. Cõtra ꝑ Arꝝ.
2º.de aĩa potẽtie distiguũt̃ ꝑ actus ꝛ ac
tus ꝑ obiecta obm̃ aũt actus itelligen
di eorꝝ ꝛ nostri idẽ ẽ.s.quodquidest rei
m̃alis saltẽ idem genere g̊ potẽtia nãl'
vniuoca. Itẽ si rõnale sit ultima hois
dr̃ntia g̊ irrõnale erit dr̃ntia ultima cõ-
stitutia alterius spẽi tm̃ quia dr̃ntie di
uisiue addite generi simpl'r spẽs cõsti
tuunt. Ad oppoituꝫ aĩal rõale nõ p̄-
dicatur in quid de dr̃ntibꝫ spẽ g̊ nõ est
genus ãñs patet quia itelligẽtie cum
nõ sint sꝫ aĩate sensibiles non erunt
aĩalia per locum a diffniitione ꝛ preter
nos ille sunt tantũ ratiõales ergo aĩal
rõnale non habet dr̃ntias diuisiuas.
Item mõtale nõ constituit speciẽ pro
batio dr̃ntia sumit̃ a forma vnde inest
speciei rõne forme mortale tm̃ rõe ma
terie quia materia est p̄ncipiũ qua res
põt eẽ ꝛ nõ esse ꝑ Arꝝ.7º. metaphice ꝛ
hec itelligitur tantum de materiis in
diuidualibus que non pertinẽt ad spe-
ciei essentiam. Item differentia pri
mo inest speciei postea vero indiuidu
is quia per formam speciei: mortale v'o
ecõuerso quia ꝑ Aristo.p̄mo metap.
actus ꝛ generationes omnes pse sũt
circa singularia ut callias sanatur per
se homo vero peraccidens mortale di
cit aptitudinem ad transmutationem
aptitudo autem ad aliquid est eius p̄-
se cuius est terminus aptitudinis.
Iem differentia est prior specie vel
simul: sed mortale est posterius homi
ne secundũ naturaꝫ quia prius natura

eſt homo ꝙ ſit aptus ad diſſolutiōem.
It ē ultima dr̄ia ꝯuertit̄ cū diffinito
mortale nō ꝯuertitur cū homine. Itē
differētia ꝓducit ad eſſe ⁊ eſt ps rei per
Porphiriū mortale non ꝓducit ad eē
hoīs. Ad qōeꝫ dicēduꝫ ꝓpter iſtas
rōnes ꝙ aīal rōnale nō eſt genus nec
mortale drn̄tia diuiſiua eius uel cōſti-
tutiua hoīs. Ad Porphiri. dicit̄ ꝙ
loquit̄ ſm opinionē Platōis q̇ dicit i
telligētias aīalia eſſe ratōnalia diffinit
aīal quod ē ſuba ſe mouēs motu volū
tario ⁊ hec rō ꝯpetit itelligētijs: Cō
tra hoc Porphiriꝰ n̄ loquit̄ hic de aīa
li ſm hanc diffōneꝫ ꝫ ſm hanc ſba aīa-
ta ſenſibilis quia apponēdo coordiatio
nem eoꝝ que ſūt i gn̄e ſube diuidit cor
pus aīatum in iſenſibile: ⁊ ſſibile ⁊ ſub-
corpe aīato collocat aīal per hoc inuēs
geꝰ deſcēdere i hāc ſpēꝫ ꝑ alteraꝫ drn̄
tiaꝝ diuiſiuaꝝ ſic autē collocat Arꝫ.
aīal ⁊ ſilr̄ diffinit ꝑ illud genus ⁊ illas
differētias ergo loq̇tur ſm opiniōeꝫ
Arꝫ. ⁊ poteſt cōcedi ꝙ nō loquit̄ de aīa-
li ſm opiniōeꝫ Platōis quia ſm illaꝫ
rōeꝫ nō loquit̄ quā pōit Plato de aīa-
li ꝫ loquit̄ ſm opinionē uulgi: nihil. n.
ꝯmuniter ꝯcipit̄ niſi per aliquā ſpecieꝫ
ymaginatiam ⁊ ideo cōiter ymaginatō
circa inſenſibilia decipit iō dicit̄ 3º phi-
coꝝ ꝙ fatuū eſt credere ymaginatōni
⁊ ideo uulgꝰ ſeq̄ns ymaginatōeꝫ con-
cipit de itelligentijs q̄ſi de ſbīs corpo-
reis ⁊ ita cēnt ponēda aīalia rōnalia ſꝫ
verā rōneꝫ aīalis ſic aūt loq̇t̄ Porꝰ q²
loq̇t̄ minꝰ ꝓuectis q̇ n̄ itelligūt multū
remota a ſenſu. Ad rōeꝫ dico ꝙ rōa
le eſt eq̇uocū nob̄ ⁊ itelligētijs ipe. n. i
telligūt per ſpēs inatas nō acquiſitas
iō nō egent ſſibꝫ ad ſciam nos v̓o indi
gemus ꝑ Arꝫ. p̊mo poſterioꝝ q² omis
noſtra ꝯgnitio ortū hꝫ a ſſu. Pretēa
ipe itelligūt ꝯplexa ſine diſcurſu: nos
uero cū diſcurſu vt dicit̄ 3º de aīa omē
noſtꝝ itelligē ē cum cōtinuo tempore.
Cōtra quia tūc eodēꝰ irrōale erit e-
q̇uocū q² q̇t mōis dicit̄ vnū oppoitoꝝ

tot ⁊ reliquū ꝑ Arꝫ p̊mo topicoꝝ ergo
hec eſt uera vnomō itelligētia ē irrōna
lis quod uidet̄ incōueniēs. Itē eq̇uo
ca ſunt quoꝝ ſolū nomē cōe eſt g̊ ſi rōa
le ſit eq̇uocū illis ⁊ nob̄ ſeq̇tur ꝙ tm̄ ſit
cōe ſm nomē ꝫ nos ſumus itelligētes
ſm rē g̊ ipe tm̄ ſm nomē. Ad p̊muꝫ
iſtoꝝ dici pōt ꝙ nō eſt incōueniēs hāc
multiplicitatē ꝯcedere ſm eq̇uocatio-
nem itelligēcia eſt irrōalis ⁊ uera eſt in
vno ſenſu vel al̓r ꝙ ē ſimpl̓r vera q²
irrōale tm̄ opponit̄ rōnali vt eſt drn̄tia
aīalis nō aūt ut eſt drn̄a ꝯſtituens ſpēꝫ
ſbe incorporee ſicut ꝯuenit itelligētijs
⁊ tūc hec hō eſt ratōalis eſt oīo falſa
⁊ hec bos eſt irrōalis oīo v̓a. Con
tra p̊uatiuū nihil ꝓprie dicit̄ niſi hoc
ꝙ eſt aptū natū habere habituꝫ bos nō
eſt natus eſſe rōnalis g̊ nō eſt irrōalis
Poteſt dici ꝙ in compōne irratōalis
debet accipi negatiue nō p̊uatiue. Cōtra
tūc nō eſt drn̄a aīalis diuiſiua quia ex
cedit aīal nec p̊dicat̄ de ea pſe drn̄tia ſu
perior ſcꝫ ſenſibile quia nō eſt de itelle
ctu eius ſi tm̄ iportat negatōeꝫ rōalis.
Dici poteſt ad utrūq; ꝙ hoc eſt tan
tum negatio in genere nō extra genꝰ
vt eſt differentia aīalis. Uel poteſt
cōcedi propter ſecundū iſtoꝝ ꝙ non ē
differentia ꝓprie loquēdo quia drn̄tia
quelibet accipitur a forma ⁊ ideo diuer
ſarum ſpecieꝝ diuerſe ſunt drn̄tie ⁊ ꝓ-
prie. Aliter poteſt dici. Ad p̊mam
obiectōeꝫ ꝙ priuatiue oppoſitum actū
uel alicui ſignificanti actum priuat ac
tum ⁊ relinquit aptitudinē ſed p̊uatiue
oppoſitum alicui ſignificanti aptitudi
nem priuat actum ⁊ aptitudineꝫ ⁊ ſi q̇d
relinquit hoc eſt tantum ſm genus ra
tionale autem tantum ſignificat apti-
tudinem ⁊ irrōnale hoc priuat eſt tam̄
irrationale aptum habere rationem
ſm genus quia inquantuꝫ animal ſibi
nō repugnat ſicut nec talpe uidere.
Ad aliud de ratione equiuocorum dº
ꝙ equiuocum in utroq; ſenſu eſt vniuo
cum ſignās aliquid ⁊ nō tm̄ vox tamen

18

nihil est cōe sigtis nisi tantū vox: ꝫ in h̄ sensu accipitur vox cum uno sigto in isto ⁊ cū alio significato in alio sic ratō nale ꝑm uocem ⁊ significationeȝ pfectiorem in se inest illis q̄ȝ nobis. Ad illud quod p̄mo obīm est ⁊ contra rn̄sioneȝ illam pōt dici ꝙ dictū Aristotil' veꝝ est ꝫ nō dicit p̄cise potētias distingui p obiecta ꝫ possunt distingui p modos opandi aliter nō esset sensus cōis distincta potentia a sensibus pticulari bus quod est contra Arꝝ .2°. de anima distinguit' eniȝ a sensib9 pticularib9 ꝓpter diuersum opandi modū circa idē obiectū quia quod pse ɔgnoscit' ab ali quo sensu particulari pse cognoscitur a sensu cōi. Ad aliud p̄ncipale pōt dici ꝙ nō optet ꝙ si una dr̄ntia cū gn̄e ɔstituit spēm specialissimaȝ ꝙ alia sil'r: licet utraqȝ cōstituat specieȝ vnde aial irrōale si irrōale sit drn̄a v'a potest esse genus intermediū ⁊ animal rationale diffinitio cōpleta hōis ⁊ hoc maxie ē veꝝ q̄ndo ē oppositio ipfecti ad pfectum in quolibet.n.genere vno pfecto existēte sunt multa iperfecta p recessū ab illo ꝑm diuersum g̃dum vt patȝ i coloribꝫ rōale aūt est pfectissimū in gn̄e aialis Circa capituluȝ de ꝓpo.

·9·31·

q Verit' vtꝝ propꝰum sit vniuersale. Q' nō uidet' quia oppoituȝ nō p̄dicatur de oppoito ꝓpꝰum ⁊ cōe opponūtur g̊ hec est falsa propꝰuȝ est cōe ꝫ cōmune ⁊ vniuersale idē sunt g̊. Itē nulla intentio p̄dicat' vere in abstracto de re p̄me intentōis hec est uera risibilitas est ꝓprietas g̊ propꝰum nō est itentio. Itē p Aristo.in q̃rto topicoꝝ si genus est adaliq̄d ⁊ species vniuersale est adaliquid ꝓpriuȝ non g̊ ⁊c. p̄ma pars minoris patet quia vniuersale cum sit essencialiter p̄dicabile dicitur ad illō de quo p̄dicatur siue ad subicibile. Secunda probatur quia ꝓpriū nō refertur ad illud cuius est propꝰum nam nullū accidens refert' ad suum subiectum quia tunc omne accidens esset relatiuum sil'r illud cuius ē propriū prius naturaliter est ꝓprio relatiuū aūt simul est natā cū correlatiuo nec ad aliq̄ȝ aliam refertur itentiorem vt patet inductiue sicut argutū est supra de drn̄tia. Itē ꝓpꝰum manet nō existente itellectu quia nō existente itellectu adhuc sicut p̄us habere tres inest oi triangulo ⁊ soli ⁊ semp. Ad oppositū est Por° ⁊ Aristo.p̄mo topicoꝝ ponens ꝓpꝰum eē p̄dicatū g̊ vl'e. Ad qōneȝ dicendū ꝙ propꝰum ē vl'e quia p̄dicat' de pluribꝫ est eniȝ ꝑm Arꝝ .p̄mo topicoꝝ p̄dicatū conuersim.i.cōuertibiliter de illo cuius est ꝓpꝰuȝ illud aūt ē vl'e q2 pōt eē demōstratōis sb̄m qa oē propꝰuȝ pōt demōstrari de eo cuius est ꝓpꝰum p diffōneȝ vlium aūt est demōstratio p Aristo.p̄mo posterioꝝ ergo si ip̄m sb̄m p̄dicatur de pluribus ⁊ suū ɔuertibile p̄dicat' de pluribꝫ quod ē ꝓp̄mū. Intelligēdū tn̄ ꝙ ꝓpꝰuȝ ē eq̄uocū quia pōt esse nomē p2me itentionis ⁊ sic opponitur cōi ⁊ pōt aliq̄d dici propriū indiuidui sicut ⁊ spēi ⁊ sic ē cōcretū ⁊ a propꝰetate dictū: aliomō propꝰum est nomen secūde itentiōis sign̄s itentōem .s.predicatum cōuertibile nō predicans essentiā ut diffinit' p̄mo topicoꝝ ⁊ sic est species vniuersalis quia vl'e descendit in ip̄m per drn̄tias perse diuisiuas eius.s.p̄dicari cōuertibiliter in quale accn̄tale. Ad p̄mū argumētum dici potest ꝙ propꝰum opponit' cōi ut est res p2ie itentōnis nō aūt ut est secunda itentio uel aliter ꝙ sunt relatia ⁊ unū relatiuū dicit' de alio non tamen oppositū de oppoito quia non sūt opposita nisi respectu eiusdem. Propꝰuȝ ·9·32·
aūt in respectu speciei cōe est respectu indiuiduoꝝ sub specie contētoꝝ quia de illis dicit' ut de pluribus non de spē cuius est proprium. Ad aliud patet quia proprietas est abstractum propꝰꝝ vt ē nomē prime intentiōis nō secūde.

Contra risibile est proprietas risibile est proprium ergo proprium est

propetas premisse sunt uere ergo conclusio ꝫ res pme intentionis sic non pdicatur de re secunde intētionis in abstracto sicut nec ecōuerso. Itē si ut est nomē secūde intētionis est cōcretum qd est eius abstractū. Ad pmū dico ꝙ est fallacia accñtis quia ex͂ nec insūt accidētia realia ⁊ intētionalia ipi sbo.

Ad secundū dico ꝙ eius abstractū nō significat̃ vno noie sicut nec i alijs q̃tuor ꝫ per circūlocutōez sicut exp̄mit̃ itentio proprij. Ad tertiū pncipale dici pōt ꝙ si genus sit ad aliquid optet spēm esse ad aliquid pse sed nō primo ꝫ ẜm genus sicut ꝓprium ẜm suū gen⁹ quod est vniuersale dicit̃ ad aliquid. s. ad illud de quo dicitur uel ad subiectū quia pdicatū dicitur ad sbm. Al'r pōt dici ꝙ ẜm propam rōez refertur pmo ad spēm non inquãtum species ꝫ iquã tū habēs propuz cū dicitur ꝙ nō quia accidens non refertur ad sbm dico ꝙ sbm propi ut est intentio nō est species ꝫ res aliqua pme intentionis ut risibile ut de vniuersali supdictum est tamē illud cui applicatur intentio ꝓprij pōt esse in eo cui applicatur intētio speciei ut risibile in hoīe. Ad secundã probationem cum dicitur ꝓprio prius est illud cuius est ꝓpum dico ꝙ sbm ẜm se est prius ꝫ nō inquantū habēs ꝓprium nō est aūt correlatiuuz ꝓprij nisi inquãtum habens propum. Ad q̃rtū dico ꝙ nihil prope accidit alij ut ibi sumitur accidit nullo ex͂nte intellectu similiter nec accidit cōi quia nihil ē cōe cui possit accidere aliquid nullo intellectu existente.

Questio 32

Queritur ō diffōne propi q̃rto mō dicti an hec diffinitio. s. qō accidit omni et soli ⁊ semp sit ꝯuenienter data. Qꝫ nō videtur quia non ponitur ibi genus ꝓprij quod est vl'e nec ratio eius loco sui. Itē illa ratio cōpetit dr̃ñtie vltime ⁊ completiue speciei quia illa conuertit̃ cum diffinito p Aristo. 7º metaphice ꝫ ꝛc. Item proprietas sic ꝯuenienter diffinit̃ non ergo propum nisi paccidēs. Item accñs est disticta spēs a ꝓpo ꝫ incōuenienter ponitur in eius diffōne. Itez datur p copulatōez ergo est increpanda p Aristo. 6º topicoꝝ. Itē diffinitum cum sit intentio pōt esse vniuocum in gñe ꝫ accides non est vniuocū quia tunc tantū essent duo gñalissima suba. s. ⁊ accidēs. Ad oppoitum est Porphirius. Ad qōem dicendum ꝙ ista diffinitio est conuenienter data qꝛ per pmã pticulam. s. accidit habetur rō pdicati ⁊ modus pdicandi. s. in quale accideutale p omni ⁊ soli ⁊ semper habetur conuertibiliter ⁊ per has dr̃ñas descendit vl'e in proprium vt patet in diuisione vl'is est etiam hec rō eadem illi que ponit̃ ab Aristo. pmo topicoꝝ propum est pdicatum non predicans eēntiam ꝯuertibl'r. Sciendū ē autē ꝙ accidens eq̄uoce est nomen pme intentōnis ⁊ secunde: pmo. n. significat nãm extra aiaz ẜm ꝙ Aristo. 5º meta. diuidit ens in sbam ⁊ accidēs. secūdo mō adhuc est eq̄uocum: vno. n. mō idē est quod pdicatū nō eēntiale ⁊ sic ē idē ꝙ esse in ẜm ꝙ eē in distinguitur cōtra dici de in pncipio pdicamentoꝝ qꝛ qō dicit̃ ō est pdicatū eēntiale quod est in nō est essentiale: aliomō est intentio q̄dam sumpta a ꝓprietate in re sub quo ⁊ eius oppoito itelligi potest cuius est accidēs sine repugnãtia de accidēte pmomō nō loq̄tur logic⁹ nisi paccidēs secūdomō ponitur in diffōne propi tertiomō est vnū vniuersale distinctū cōtra alia q̃tuor. Ad pmū argumentū patet p accidit enim itelligitur pdicari p omni de pluribꝫ sub spē contentis illa eniz pticula in hoc ꝙ est vna ex quo habetur ꝯuertibilitas eius cū specie dicit vl'itatem eius ad oia quibꝫ inest species cuius est propriū. Ad secūduz patet ꝙ dr̃ñtia nō accidit quia pdicat essentiam licet nō p modum essentie.

Ad tertium dico ꝙ propetas ut est

nomē pme intentōis nō sic cōuenient diffinitur sunt eniꝫ que diffiniūt ꝭm intellectum ergo ibi sumūtur itentōnes que nō diffiniunt rem pme intentiōis quia sunt naturaliter posteriores ea si sit nomen secūde intentionis significans idem ꝙ intentio propꝛij illa non ꝯuenienter diffinit sic quia illa sigtur sub modo oppoito ei quo cōuenit accidere actu. Ad q̄rtum patet quia procedit de accidēte tertiomō dicto. Ad q̄ntū dico ꝙ per omnia illa copulata oi ꝛ soli ꝛ semper debet intelligi vnū circūlocutum scꝫ conuertibiliter ꝛ nō est incōueniēs ponere copulationeꝫ ad circūloquendū aliquid in diffinitione.

Ad sextū patet qꝛ procedit de accn̄te pmomodo. Questio 33.

¶ Uerit de hac pticula diffōnis ꝓpꝛij .s. semper vtrū propꝛiuꝫ necessario semper insit. Qꝛ non uidetur quia risibile nō sp iest homini nō eniꝫ hō semper ridet. Dicit ꝙ risibile semp inest ꝭm aptitudinē sed nō sp ꝭm actum. Cōtra semper inest hoi actu cā efficiens huius propꝛij sciliꝫ forma hois igitur ꝛ iste effectus semp est in actu. Itē ad pncipale sba precedit omne accidēs tēpore ergo tēpore est q̄ndo nullū sibi inest accidens ut de accidente Arꝫ. ibi loquit sed illomodo ꝓpꝛiuꝫ est accidēs ergo sba est sine ꝓprio. Itē ois potentia passiua ē potentia ꝯdicens p Aristo. 9º metaphi. sbm est i potentia passiua ad ꝓpꝛiuꝫ qꝛ est materia eius in qua ergo potest sb propo ꝛ eius oppoito ergo nō est necessarium ꝙ propꝛium semp insit. Ad oppoituꝫ est Por⁹. Ad qōneꝫ dicenō ꝙ propꝛium semp inest ut patet ex pdictis quia propꝛiuꝫ egredit ex pncipijs sbi ꝛ maxie a forma nō est aūt possibile causam necessariaꝫ ꝛ imediataꝫ alicui⁹ pōi nisi ponat effectus ꝛ ideo quia semp iest sbo sua forma quia non est id quod est nisi p illam ideo sp sibi inerit propꝛium. Ad pmū argumentū dico ꝙ risibile semp iest actu licet ridere non sp insit quia ridē est cōe accn̄s hois nec i est hoi tantū aptitudialiter quia illa aptitudo non est nisi inherentia risibilis ad actū sed est ex pte ipius propꝛij inse nec est incōueniēs ridere aptitudialit semper iesse actu hoi. Ad secundū dico ꝙ illa ꝓpō est intelligenda pse qꝛ sbe quantuꝫ est ex sua rōne sibi non repugnat tpre pcedere omne accidēs cū sba ꝭm se ab aliquo accidente nō depēdeat est tamen paccidēs semper accn̄s quādo sba est quia cōseq̄tur imediate esse sbe nec est icōueniēs ꝓpōnem pse veraꝫ esse ipossibilē paccidēs sicut dicitur 6º phiꝛ ꝙ omni motu cōtingit accipe motū uelocioreꝫ quod veꝛ est respiciendo ad motuꝫ ꝭm ei⁹ rōneꝫ gn̄alem sicut ibi loquitur Aristo. de motu sed in octauo eiusdē dicitur ꝙ ois motus est dtermiate velocitatis ꝛ tarditatis quod veꝛ est compando motū ad determiata mouētia ꝛ mobilia ꝭm quā rōneꝫ loquit ibi Aristo. de motu simlr q̄rto phicoꝛ ca⁹ de vacuo suppoitur in illa demōstratione p ipossibile sit enim vacuū ꝙ quocūq; corpe repleat spaciū contingit accipe spaciū repletū corpe subtiliori quod ueꝛ est ꝭm rōneꝫ gn̄alem corpis inquātū replens locū cui⁹ oppoituꝫ est manifestū respiciendo determiatas naturas nāliuꝫ. Ad tertium dicitur ꝙ omne quod est tm̄ in potentia passiua ad aliquid est i potentia contradictōis ad illud. Subm autem respectu ꝓpꝛij nō est solū i potētia passiua ꝫ i potētia effectiua quia effectiue est propꝛium a subiecto. Cōtra materia ꝛ efficiens nō coincidūt p Arꝫ. 2º phiꝛ. igit nō est sbm respectu ꝓpꝛij mā ꝛ efficiens. Dicit ꝙ ueꝛ est dictum Arꝫ. de mā ex q̄ ꝛ efficiēte p trāsmutatōnem nō de mā in q̄ ꝛ efficiēte sine trāsmutatione cuiusmōi mā ꝛ efficiēs est sbm respectu passionis. Contra oē efficiens est in actu respectu cuius est efficiens ois materia est i potentia: sed

idē nō ē i potētia ⁊ actu respectu eiusdē
Pōt dici ꝙ idē potest esse i potētia
⁊ in actu rōne diuersoꝝ.s.materie ⁊ for
me ⁊ nō sunt opposita nisi accipiantur
ꝭm idem ⁊ respectu eiusdē. Al'r dici
tur ꝙ potētia ante actū opponit᷑ actui
nō que est cum actu ⁊ ista potētia sola
est in subiecto respectu passionis.
·q·34· q Ueritur an ꝓpriū sit distictū
vl'e ab accidēte. Et nō videtur
quia ꝓprium uel est substātia l'
accidens nō substantia quia oīs suba ē
eēncialiter eadem aliȷ̄ uel eētialiter
diuersa ꝓprium non est suba eential'r
diuersa a specie quia tunc ipossibiliter
predicaret᷑ de specie nec eēncialitēr ea
dem quia tunc poneret᷑ in diffinitione
speciei cū diffinitio totā exp̄mat eēnti
am diffiniti nō autē pōitur quia potest
demonstrari de specie per eius diffinitō
nem. Itē oē quod est in composito
p̄ter materiā ⁊ formaz est eius accidēs
quia hec sola subam rei constituūt ꝓ
priuz est in compoito p̄ter hec ĝ ⁊c.
Itē omne resultans ex ꝯpōne forme
cum materia est accn̄s ꝓpriuz est hui⁹
modi ĝ ⁊c. Itē ecōuerso ꝙ omne ac
cidēs sit ꝓpriuz ꝓbatur omne accidēs
diffinit᷑ per subiectū p Aristo.7º meta
phice ergo enūciatur perse secūdomō
de illo sbo per quod diffinitur quia hec
est ratio secūdi mōi pse q̄ndo i rōne p̄
dicati ponitur subiectum ergo illud ac
cidens de illo subiecto pōt demonstrāi
quia sic sunt oēs cōclusiones demōstra
tionis pse ergo illō est ꝓpriū respectu
subiecti. Itē sumpto aliquo accn̄te
quero de illo aut inest huic sbo perse et
erit propūm aut nō ꝭ paccidens p hoc
ꝙ inest aliȷ̄ aut igit᷑ illi aliȷ̄ inest perse ⁊
sic est propūm uel si sp peraccidens ꝓ
cedetur in ifinitum in sbis. Itē ad
p̄ncipale propū diffinit᷑ paccidit ergo
nō diffirt cēntialiter. Itē accidens
diuidit᷑ p sepabile ⁊ isepabile ꝓprium
videtur eē accidēs insepabile. Ad
oppoituz est Por⁹ ⁊ Aristo.p̄mo to-
picoꝝ ponens propriuz ⁊ accn̄s duo
disticta p̄dicata. Ad qōez dicendū
ꝙ sūt disticta vl'a quia accn̄tiū quedā
sunt ab intriseco ⁊ hoc uel rōne matie
ut quātitas uel q̄litatum actiuaꝝ sicut
q̄litates sensibiles posteriores q̄dā ab
extriseco ⁊ hoc dupliciter uel manent
ammoto illo extriseco ut nigredo ab e
stu uel non manent ut calor uel figura
aq̄ q̄ sibi derelicta redibit ad ꝓpaz nāz
nullum istoꝝ est propūm quia nulluz
istoꝝ conuertit᷑. Est eniz defectus i
aliqua trium particl'aꝝ req̄litaꝝ ad cō-
uertibilitatē uel in oībus est preter h⁹
accidens quod iest spēi ratione forme
ita ꝙ forma speciei est eius pse ⁊ imedi
ata causa poita aūt causa necessaria et
precisa ⁊ imediatā ponit᷑ ⁊ effectus et
āmota āmouetur ideo omni habenti
formā speciei inest tale accidēs ⁊ semp
⁊ nō habēti formā spēi n̄ iest tale ergo ē
simpl'r cōuertibile cum spē ⁊ potest p
diffōnem de ea demōstrari propuz igit᷑
ut hic sumit᷑ est intentio applicabilis tā
tuz accn̄tib⁹ vltimis ꝭ accidens ut est
q̄ntum vl'e applicat᷑ tm̄ aliȷ̄s p̄us enu-
meratis que dicuntur accn̄tia cōia uel
quia cōmuniter insunt sbo ⁊ aliȷ̄s uel
cōiter.i.indiffn̄ter insūt ⁊ nō insunt siue
sic siue sic nō sunt conuertibilia sic igit᷑
pz diffn̄tia istaꝝ intentionū pse ex diffi
nitōibus eaꝝ quia propuz est p̄dicatū
non eēntiale cōuersim. Et iō sub eius
oppoito nō potest itelligi illud cuius ē
sine repugnātia quia itelligeretur ime
diata pse causa ⁊ necessaria sub oppoi
to sui effectus p̄mi ꝭ accidēs est quod
adest ⁊ abest uel quod cōtingit eidē icē
⁊ n̄ iesse ut dicit᷑ p̄mo topicoꝝ.i.sub q̄ ⁊
eius oppoito pōt itelligi illō cuius est
sine repugnācia quod dicit Por⁹ de
accidente insepabili de quo minus vi
detur quō abest uel adest quia subiectū
pōt intelligi sub opposito dicens pōt
eniz coruus intelligi albus ⁊ ethiops
nitens candore. Ad primū argumē
tum dicit᷑ ꝙ procedit de accidente ut ē

res ꝑme intentionis sil'r secundũ ⁊ ter
tium. Cõtra tũc omne ꝓꝑum est ac
cidens isto modo quia cum nullum ꝓ
priũ sit suba videtur ꝙ omne sit accñs
quod nõ uidet̃ verꝫ quia accidẽs ꝑme i
tentionis uel est concrecũ uel abstrac
tum. Si abstractũ nõ ꝑdicatur v'e õ se
cunda intentione quia nec pse primo
mõ. Si cõcretũ Cõtra res ꝑme itẽtio
nis nõ denoiant rem secũde intẽtõnis

Ad hoc dicit̃ ꝙ accidẽs ut ē nomẽ
ꝑme intentõis est equocũ ad. 9. gene
ra in hac. n. omne ꝓꝑuꝫ est accidẽs tã
tum põt accipi ꝓ accñte vnius generi
⁊ nullũ istoꝝ vliter inest ꝓꝑo quia pro
ꝑum cũ sit vniuocũ ad propũm in hoc
gñe ⁊ in illo ꝓ omibꝫ distribuit̃ ⁊ acci
dens stat tm̃ pro accñte vnius generis
sigtur ergo ꝙ omne propũ cuiuscũqꝫ
generis sit accidẽs accipiẽdo accidẽs
ꝓ uno sigto tamen hec est vera omne
ꝓpriũ in hoc gñe est accñs accipiẽdo
ꝑdicatũ ꝓ uno sigto ⁊ est hec ꝑdicatio
reducibilis ad denoiatiuaꝫ sic vl'r quã
do subiectũ ꝑdicatur de accidẽte quia
ꝑmuꝫ ut est intẽtio est accidẽs intentõ
nale applicabile ei quod ꝑdicatur de ip
so ꝓ aliquo iferiori sicut albũ est anial
si albũ insit alicui aiali. Uel põt dici
ꝙ ꝑdicatio denoiatiua vniuoca ⁊ equo
ca diuidunt predicationẽ ꝭm se quãdo
subicitur quod natum est subici ⁊ pre-
dicatur quod natuꝫ est predicari cuius
modi ꝑdicatõ non est qñdo concretũ
subicit̃ respectu sui subiecti. Contra
hoc accidẽs diuiditur i intẽtõnale ⁊ re
ale ⁊ accidẽs intẽtionale ꝑtur de oibꝰ
istis qñqꝫ pse. Põt dici ꝙ ista ꝓꝑũ est
accidens nõ est vera sumẽdo accidẽs
ut est qntum vl'e ut patet in solutione
qstionis nec ut est res ꝑme intẽtiõis
nisi ꝑdicatione paccidẽs i uno sensu e
quiuocationis ⁊ hoc sumpto proprio
partic'lariter ut dictũ est in ultima re
spõsione est autem vniuersaliter vera
sumẽdo accidẽs ꝓ accidente itẽtiona
li pro accidente quod ē idem ꝙ ꝑtum
nõ predicans eẽntiam sed vniuersalit̃
falsa est hec propũꝫ est accidens ut hic
est ꝭmo de accidẽte quod est qntũ vl'e.

Ad qrtum dicitur ꝙ accidẽs deter-
minãs sibi subiectũ diffinit̃ ꝑ subiectũ
quod accidẽs nõtur 7°. metaphice acci
dẽs copulatũ ut symũ respectu nasi. ñ
aũt quodlibet accidẽs est tale ut albũ
ul' alia accidẽtia cõia Cõtra i 7° meta.
ꝓbat Ar. ꝙ sba ꝑcedit om̃e accidens
diffõne necesse est enim in vniuscuius
qꝫ rationẽ sbe eẽ quod nõ uidet̃ itelligi
tantũ de copulatis quia tũc nõ oñderꝫ
ordinẽ sbe ꝭm se ad accñs ꝭm se quod
tamen ibi intẽdit ut̃ pꝫ ex eo ꝙ ꝯcludit
postea qꝛ sufficit determiare de sola sba
ad determiandũ de ente ut diuiditur i
x. ꝑdicamẽta. Itẽ vnuiscuiusqꝫ sicut
est quod qdest sic est diffinitio ğ si ali-
quod accidẽs habet diffinitioneꝫ abso
lutã sine subiecto habet quod quidest
absolutũ igit̃ est ens absolutũ ğ ē suba
quod est iconueniẽs. Jdõ dicendum ꝙ
oẽ accidẽs reale diffinit̃ ꝑ sbm quia ē
ens ꝑ illud nõ tamẽ quodlibet ꝑdicat̃
secũdo mõ pse de illo sbo eo ꝙ subiectũ
ponitur in eius diffinitõe sicut in diffi
nitione symi ponit̃ nasus nõ tamẽ hec
est pse nasus est symus quia nec vere
vliter sed sufficit ad hoc ꝙ subiectum
ponatur in diffõne accñtis ꝙ illud acci
dens nõ possit repiri nisi in illo tali sub
iecto plus aũt reqritur ad ꝑdicationẽ
pse siue ad ꝓprium. s. ꝙ egrediatur ex
pse principijs sbi ⁊ de tali subiecto in-
telligit̃ ratio secundi modi dicendi per
se. Ad qntum ergo dico ꝙ accidẽs
quodlibet inest alicui pse. i. sine medio
⁊ ad aliud sbꝫ est status ꝭ nõ quodlibꝫ
inest pse ita ꝙ egrediatur ex perse ꝑn
cipijs illius subiecti sicut accipitur per
se in secũdo modo sicut album si inest
homini paccidens inest superficiei per
se. i. imediate ꝭ nõ ut perse dicit causaꝫ

Ad sextum patet ꝙ accidens ut po
nitur in diffinitione proprij significat
idem quod predicans non essentiam.

Ad ultimum dico quod accns iseparabile habet rationem generalem accidentis scilicet adesse et abesse etc. quia sub eius oppoito potest subiectum intelligi sine repugnantia intellectus ut dicitur in littera de coruo et ethiope: sed sub oppoito proprij non potest. Ideo proprium est accidens iseparabile.

·q·34· q Queritur utrum proprium et accns possint dici de aliquo eodem.

Quod sic uidetur de omibus proprijs qualitatibus elementorum quia quelibet istarum consequitur formam elementi igitur est proprium respectu elementorum et accntia sunt in mixtis ut manifestum est nec potest dici quod equoce sunt in his et in illis quia hec et illa sunt compabilia secundum talem qualitatem ut patet per Aristoti. 2° metaphice ubi dicitur puta ignis calidissimus et enim alijs causa huius calor. Similiter ista propositio quam intendit ibi per illam litteram non habet ueritatem nisi in uniuocis. Item lux in corpore lumioso et medio est uniuocum quia utrumque est accidens lucidi inquantum lucidum: sed in corpore lumioso est proprium in medio accidens igitur etc. primum patet quia sequitur imediate formam corporis luminosi. unde ad diuersitatem forme consequitur diuersitas lucis ut patet in corporibus supra celestibus minor patet quia adest et abest preter etc. Ad oppoitum proprium et accns sunt due intentiones oppoite oppoita non possunt eidem inesse. Ad questionem dicitur quod que sunt oppoita respectu eiusdem non insunt eidem ideo idem non est proprium et accidens respectu eiusdem quia sic sunt oppoita non est tamen incouueniens respectu diuersorum sicut idem habet respectum generis et speciei respectu diuersorum.

Contra si respectu alicuius est proprium respectu illius non est accidens quia tunc illi inesset per se et non per se nec est accidens alteri probatur quia si sic ergo primo non insuit conuertibiliter quod non fuit proprium respectu primi. Ideo dicendum quod impossibile est istas duas intentiones proprium et accidens eidem rei prime intentionis applicari respectu eiusdem uel diuersorum quia quod alicui est proprium illi non est accidens nec alicui alij quia conuertitur cum eo cuius est proprium et ita alij non inest. Ad primum argumentum dici potest quod nulla qualitas actiua siue passiua est proprium alicui elemento ut hic dicimus proprium accidens per se consequens formam speciei quia alteratio in illis qualitatibus precedit generationem et corruptionem forme substantialis ut manifestum est eo quod agens elementum suas inducit qualitates adhuc manente forma subalterni elementi corrumpendi quia illa manet in tota transmutatione ergo illa potest manere sub oppoito contrario qualitatis que ponitur sibi propria sed hoc est contra rationem proprij. Uel potest dici quod licet semper inessent huiusmodi accidentia elementis et necessario non tamen consequuntur formam speciei sed magis materiam quia sunt principia actionis et passionis que non sunt primo speciei sed indiuidui per Aristo. primo metaphice et ideo respectu elementorum possunt dici accidentia insepabilia cum quo tamen stat quod eadem specie sint accidentia sepabilia respectu elementorum sicut nigrum respectu corui a quo non sepatur: et respectu alterius a quo sepatur. Ad secundum potest dici quod si lux uniuoce sit in corpore luminoso et medio aliqua qualitas eadem specie non tamen eundem modum essendi habet utrobique: concretum autem significat formam secundum quod est in subiecto et ideo nullum concretum dictum a luce uniuoce inest huic et illi quia nec corpus illuminosum dicitur illumiatum sed lucens: medium uero non lucens sed illumiatum nunc autem iste intentiones proprium et accidens non sunt applicabiles rebus prime intentionis nisi ut significantur in concreto ideo nihil est uniuocum hic et ibi cui attribuuntur iste intentiones proprium et accidens. Contra hoc concretum et abstractum idem significat quasi abstractum uniuocum et contretum. Item risibilitas respectu hominis non est genus

nec spēs nec dr̄ia nec accidēs ergo
ꝓprium. simlr̄ albedo respectu homis
non est genus nec spēs nec dr̄ia nec
ꝓpum ergo accidēs nec est dicere ꝙ
nō sunt vl'ia quia p̄dicantur de pl'ib
ergo iste intētiones possūt applicari a
liquibus p̄me intētionis ut significan
tur in abstracto cuius oppoitū dictū
est. Ad p̄mū pōt dici ꝙ si concretū
sit equocū rōne forme significate ⁊ ab
stractū erit tamen si concreta dicantur
ab eadē forma p diuersam habitudiez
forme ad subiectū non seq̄tur illud ab
stractū esse equiuocū sicut sanatiuum
dicit̄ multipliciter. s. effectiuū conser
uatiuū uel significatiuū sanitatis ex di
uersa habitudie eiusdē forme ad diuer
sa subiecta ⁊ tamen sanitas vniuocū
est. Ad illud quod obicit̄ quia idē sig
nificat: ue ē est eandē formā tā abstrac
tū absolute ꝙ cōcretum ut inheret sbo
Ad secundū dicit̄ ꝙ risibilitas respe
ctu hois nō est vl'e quia nec risibilitas
respectu eius p̄tur de pluribus ʒ si ar
guatur absolute de ipsa est genus uel
species ⁊c. Dico ꝙ est spēs respectu
huius risibilitatis ⁊ illi⁹ quia respectu
istaꝝ p̄dicatur de plurib sic ex alia pte
de albedie cuius signū est ꝙ Porphi.
in omnib modis ꝓprij ⁊ toto capit'o
de accidēte tantū exēplificat de ꝯcretis
Circa capitulū de accidente. q. 36

q Uerit̄ vtꝝ accn̄s sit de nume
ro vl'iū. Q nō uidet̄ quia qd
est in singl'ari est singulare nā
receptū est in recipiēte p modū recipi
entis ʒ accidens est in singl'ari ut ha
betur 5° metaphice ca° de eodē ḡ acci
dens cōmune est singulare ⁊ illud acci
dens est illud de quo hic agitur vt pʒ p
Porphiriū ca° de genere i diuisione
quā ponit ad notificandū diffinitiōem
gn̄is dicētez ⁊ accidētia cōiter ʒ nō ꝓ
pria alicui. Itē ens 5° metaphice di
uidit̄ in sbāʒ ⁊ accidēs. Ista diuisio si
ualeat est p oppoita ʒ res p̄me itentō
nis nō opponit̄ rei secūde intētionis ḡ
cum sbā quod est alteꝝ mēbꝝ diuisio
nis sit res prime itentionis accn̄s nō
erit res secūde intentionis igitur nec
species vniuersalis. Itez nulla res
secunde intentionis p̄dicatur pse de re
p̄me intentionis sed hec est predicatō
pse qualitas est accidens ut patet per
Aristo. 3° ⁊ q̄rto metaphisice sed ens
nō habet alium itellectum nisi substan
tie ⁊ accidentis ḡ cū substantia non p̄
dicatur pse de qualitate ⁊ ens predicat̄
cōis ⁊ sic tempus ⁊ dcitur locus men
sura ꝓpria quia unus tm̄ ē vnius men
surati tempus cōe quia ē idem multo
rū mensura nō aūt cuiuslibet tempalis
suum tempus propa mesura. Ma
nifestū ē etiam numeꝝ ⁊ orōnem esse
mēsuras. Cōtra istud ratio generis
eq̄liter inuenitur in onibus speciebus
nō sic ratio mēsure in cōtinuo ⁊ discre
to quia vni maxime ꝓprie ꝓprium est
esse mensurā ⁊ cū illud pse sit pricipiū
numeri ab illo ꝑmo deriuatur ratō mē
sure ad numeꝝ ⁊ ō numero ad ꝯtinua
ut māifeste habetur. xº. metaphice caº
secūdo. Si dicatur ꝙ discretum est ꝑ
us continuo in se nō comparando ad
suum genus hoc concedit prositum:
quia neutrum participat rationem ge
neris per alterum: ꝫ continuū non ha
bet rationem mensurandi nisi a discre
to ut docetur vbi supra ergo ratio mē
sure non est ratio quātitatis ut est ge-
nus. Ideo dicitur aliter ꝙ licet per
se mensura conueniat quantitati non
tamen est illa ratio essentialis quantita
tis ꝫm ꝙ ei attribuitur ratio generis
sed ratio diuisibilitatis ⁊ hec de illa di
uisione que est in partes eiusdem ratō
nis quod ostenditur tripliciter primo
in quito metaphice vbi diffinitur quā-
tum secundum ꝙ potest habere diffi-
nitionem saltem exprimenteȝ quid di
citur per nomen ibi sic notificatur.

42

Quantũ est quod ē diuisibile in ea
que insunt quoꝝ singulũ natũ est esse
hocaliqd.i.in ptes eiusdez diuidi igiẗ
quãtitas est perse diuisibilitas in huiꝰ
modi ptes nã ubi est ꝑdicatõ pse ꝑmo
mõ tenet a concretis ad abstracta. Se
cundo oñditur quia quãtitas cõtinua
ꝛ discreta nõ diffiniunẗ hic p mensuraz
ſ3 p hoc quoꝝ ptes copulantur ꝫc igiẗ
de eoꝝ essentia est eē ptibl'e. Tertio qꝛ
p rõnez diuisibilitatis sumunẗ species
quãtitatis in 7º metaphice quia diuisi
bile in nõ ꝯtinua est numerus uel ora
tio in continua ſm diuisionē vnã linea
ſm duas supficies ſm tres corpus et
ſm alias drñtias diuisibilitatis possũt
sumi tempus ꝛ locus. Cõtra hunc
ſm modũ quãtitas cõtinua est in potē
tia diuisa discreta actu que sunt actu ꝛ
potētia aliquid nõ sunt equaliter illud
ergo diuisibilitas nõ equaliter cõuenit
cõtinuo ꝛ discreto assumptũ patz quia
ptes numeri actu sunt diuise abiuicez
cõtinui nõ. Item cuius est potentia
pse eius est actus, si igitur quãtitas cõ
tinua sit perse diuisibilis potest eē perse
diuisa igitur cõtinua põt eē pse nõ con
tinua quod nõ uidetur dandũ. Itē
Aristo. ꝓbat orationem quãtitatē esse
quia est mensura igitur illa est ratio es
sentialis quãtitatis. Ad ꝑmũ pẜ test
dici ꝙ quãtitas discreta est una ꝛ indi
uisa.i.dum manet in sua specie vndecũ
ꝗ sit eius unitas ꝗuis materialia que
subsunt illi forme sint diuersa v'bi gr̃a
quinarius in sua specie manens est for
maliter indiuisus quia diuisio eius pi
mit formã quinarij quia diuisiõe facta
in ternariũ ꝛ binariũ nõ ampliꝰ manet
quinarius licz materialia ut vnitates
sint sicut diuise unde negandũ est qõ
sumitur de discreto. Ad secundum
dici põt ꝙ actus huiusmõi potentie cõ
tinuũ est diuisibile nõ est iste cõtinuuz
ē diuisum sed iste continuũ diuiditur
idest in fine diuisionis ꝛ illud põt perse
inesse continuo. Ad tertiũ quia nõ
negatur illud quod pse ē mensura eē
quantitatē sed ꝙ illa ratio nõ est eēnti
aliter quãtitatis ut ē genus quare nõ
eq̃liter inest speciebus eius. Ad ꝑ
mũ argumentũ ꝑme qõnis põt dici ꝙ
de linea absolute nõ dicitur quantitas
denoiatiue nec de aliqua sui spē absolu
te sumpta ſ3 in abstracto ꝛ in quid sed
denoiatiue dicitur ḋ linea in mã ꝛ alijs
spēbus ꝛ sic sumitur species eius ut cõ
creta ꝛ nõ ē mirũ cõcretũ generis pre
dicari de cõcreto spēi vñ quantũcũqꝫ
vsus loquendi sit dicere linea est quã
ta siue diuisibilis ꝛ ita de alijs spēbus
hoc simpl'r ē falsum de eis ut sũt spēs
quia tunc essent subiecta quãtitatis ul'
diuisibilitatis talis enim modus ꝑdi
candi cõuenit oibus accñtibus respec
tu sboꝝ. Aliter dicitur ꝙ maior est v'a
in oi alio genere a quãtitate ꝛ nõ ḋ illa
spãliter quia quantitas nõ tantuz alijs
est ꝑncipiuz mensure uel diuisionis ſ3
etiam sibi ꝛ ideo se denoiat ꝛ suas spēs
ꝙ nõ est veꝝ de alijs. Ad secundũ
dico ꝙ in oi genē põt aliqua spēs esse
ꝑor alia in essendo compando illas in
terse sed nulla est ꝑor alia in pticipan
do rõez gñis sic continua quãtitas na
turaliter est ꝑor discreta ut ostendit rõ
licet nõ in suscipiēdo ꝑdicatõez quãti
tatis quia neutri spēi iest diuisibilitas
p alteram. Ad ꝑmũ argumentũ se
cunde qõis dicitur ꝙ pũctus ꝛ vnitas
nõ sũt duo simpliciter ꝑma quia punc
tus ad unitatez reducitur ut ad prius
se est eniz pũctus unitas habens posi
tionem ut diciẗ ꝑmo posterioꝝ ꝛ ita tã
tũ vnitas est ꝑmũ. Cõtra sicut prin
cipiũ ad ꝑncipiũ sic ꝑncipiatũ ad prici
piatũ igiẗ si vnitas sit materiale ul' for
male in pũcto quoꝝ alteꝝ optet si pũc
tus sit unitas põez habens ꝛ discretũ
erit sil'r uel formale uel materiale in ꝯ
tinuo nõ materiale manifestũ est quia
ꝯtinuũ nõ cõponitur ex discretis igiẗ
formale qõ negat Aristo. 7º meta. re
ꝑhendēs Platonē qui ita posuit. Iõ

dicendū q̄ sicut magnitudo nō est mł titudo neq̄ mãliter neq̄ formaliter. sic punctus nō est unitas neq̄ mãliter neq̄ formaliter quia pūctus est indiuisibilitas magnitudinis vnitas multitudinis nec est hec diffinitio Ar. pūct° est unitas ꝛc. ꝭ si alicubi dicatur de pūcto hoc est ꝭm Platonē qui posuit numeros esse formalia in continuo ꝛ ita unitatē in pūcto ꝭ nec ꝭm Ar. nec ꝭm Pla. habetur p°. posterioꝝ illa diffini° ꝭ sic vnitas est sba sine pōne punctus aūt sba posita quod manifeste falsum est ꝭm Ar. ꝭ ꝭ rēꝝ ꝭm Platōeʒ ponē teʒ quãtitates esse dr̃ias reꝝ. Alr̃ ad argumentū pōt dici q̄ maior. s. in oi gñe nō est uera de omni genere gñalissimo posset aliquod unuʒ pmū assigri mensura oīm alioꝝ uel in nullo sed intelligitur illa ꝓpō de genere nãli ꝛ dicitur illud genus natale cui rñdet vnitas suscepti hec est q̄ tantū dicitur vnitas de formis hñtibus idem suscepti ʒ pmo ꝛ de huiusmōi exemplificat Ar. vbi illã ꝓpōneʒ dicit nō tale genus est quãtitas. Aliter pōt dici q̄ licʒ sint duo pma ꝛ mima in genere quãtitatis tñ tantuʒ est ibi vnū pmū ꝛ mimuʒ qd est mēsura alioꝝ punctus enim nō est mēsura continui quia tūc aliquotiēs sumptus redderet ꝯtinuū ꝛ esset continuū ꝯpoituʒ ex indiuisibilibꝫ: ꝭ vnum eēntialiter est mensura numeri. vnū aūt applicatū alicui parti ꝯtinui est mensura cotinui ut dicitur x°. metaphice vnde tñ est vnū mensura in hoc gñe. Ad secundū argumentū concedo q̄ nulla species generis predicatur de alia i abstracto ꝭm quod icludit dr̃ias oppoitas tamen possibile est hoc in cōcreto ꝭm q̄ species que e sbicitur sumitur ut est in materia ꝛ nō ut est spēs oppoita

Ad tertiū dico q̄ longitudo latitudo magnitudo multitudo ꝛc: sunt equiuoca ut notant quantitatē ꝛ excessum in quãtitate pmomō sunt spēs quãtitatis secūdomō passiones pmomō sunt idē qd linea superficies ꝛc. nec hñt oppoita breue uel strictū quia linea quantūcūq̄ breuis est longitudo illomodo secūdomō nō sunt in gñe quãtitatis ꝭʒ se ꝭ pmomō. i. ut species sed nō secūdo mō. i. ut passiones quod mãifestum est de multitudine cui ut ē spēs oppōitur vnitas ꝛ paucitas ut est passio ꝛ eideʒ uniuoco nō sunt duo oppoita p Ar. pmo topicoꝝ. Adhuc pōt argui q̄ q̄ntitas non sit vnū genus quia vnius generis est tantū vna diuisio pma per duas dr̃ias quia tm due prie species ꝭ quãtitas diuiditur eque pmo dupli ci diuisione. s. p cōtinuū ꝛ discretū ꝛ p cōstare ex partibꝫ hñtibus pōneʒ ꝛ nō habentibꝫ ꝛc. ꝓbatio maioris p Ar. pmo topicoꝝ si ꝓpositi sūt diuerse differentie ut coloris in uoce ꝛ in corpore ipm est equiuocū ꝛ p Boetiū libro diuisionū ois diuisio generis fit p duas dr̃ias ꝓbatio mioris neutra diuisio est subdiuisio alteri° quia tunc ambo mēbra alterius diuisionis continerentur sub aliquo mbro relique diuisiōis q̄ nō est veꝝ ut patet inducēdo. Ad istud pōt dici q̄ nō est duplex diuisio pma generis p dr̃ias formales ꝯstituentes species pōt tamen una eē p dr̃ias formales alia p materiales que diuisiones nō sunt subinuicē sic corpus in gñe sbe pter diuisionē eius formalē i aiatū ꝛ i inaiatū pōt diuidi i corruptibile i icorruptibile ꝛ utroq̄ mō dr̃ie se habent ut excedentia ꝛ excessa ita ꝛ in ꝓposito pma diuisio est formalis secūda matialis penes partes quantitatis Ad ꝓbatōeʒ maioris Boetius ꝛ Ar. intelligunt de diuisione formali p dr̃ias constitutias speꝝ.

Queritur an oratō sit quãtitas

Uidetur q̄ nō quia nō oratio i scripto illa enim est sba non in mēte quia illa est in nō quantitate ꝛ neutra mensurat pse ꝛ Aristo. exponit se de neutra haꝝ intelligere nō oratio in uoce quia illa est perse sensibilis q̄a

43

uox igitur est in tertia specie qualitať.
Ad oppositum est Aristo.

Ueritur utꝝ oratõ sit q̃ntitas discreta. Q: nõ uidetur quia breue ꝛ longuz sunt dĩe quãtitatis cõtinue oratio mensurať ẜm has p Arꝝ. ilľa mensuratur. n. syllaba breuis ꝛ lõga igitur ꝛc. dicitur ꝙ syllaba est breuis ꝛ longa nõ oratio. Cõtra tunc continuũ est perse pars discreti. Itẽ sumatur maior sic oẽ perse mensurans ẜm has dr̃ntias breue ꝛ longũ ẽ continuũ oratio est huiusmõi licet non sit longa. Item si esset quãtitas discreta non uideretur differre specie a numero quia in nulla dr̃ntia specifica.

Dicitur ꝙ quantitas discreta ut est in materia pmanente est numerus q: numerus causatur ex diuisiõe cõtinui ut in successiua est oratio quia oratõis nulla pars permanet. Contra hoc cõcedit ꝓpositũ quia dr̃ntia ẜm spẽm est dr̃ntia formalis hec si sic tantũ differant in nullo formali differunt igiť nõ specie. Itez falsũ dicitur quia successio ꝛ pmanentia sunt dr̃ntie posteriores motu ꝛ quiete igitur ꝛ ente naťali inquan tũ naturale ẜ quãtitas quantum ad totũ genus est naturaliter ṗus ẽte naturali inquãtum naturale igitur successio ꝛ pmanentia sunt multo posteriora toto genere quãtitatis igitur ñ sũt dr̃ntie specieꝝ in hoc genere. Item numerus applicatur materie successiue sič pmanenti igiť nõ ois numerus est quãtitas in materia pmanente añs pꝫ ex.º ut dicimus duo tẽpora duo dies et ratione quia ꝯtinuũ aliquod ẽ successiuuz igitur ex eius diuisiõe cãtur numerus. Itẽ tunc nõ differret oratio a tẽpore quod est numerus motus ꝛ ita q̈ntitas discreta in materia successiua

Ad oppoituz est Arꝝ. Dicẽdũ ṗmo ad quesitũ ꝙ oratio ẽ quantitas ꝓpter rõnem Arꝝ. q: syllaba mẽsurať breuis ꝛ longa igitur huius est mẽsura alia p se illud est oratio que fit cũ uoce ꝓlata illã aũt dico habere discretõez approṗatam orationi per eius dr̃ntiam specificã que dr̃ntia ñec scripta est nec prolata nec in mente nec actus ꝓferẽtis quia ille mensuratur tẽpore nec partes discrete ẜ discretõ nõ cõis numero ꝛ orõni ẜ orõni approṗata. Ad secundũ quesitũ dicẽdũ ꝙ est quãtitas discreta quia partes eius ad nullũ cõem terminuz copulantur quelibet. n. syllaba est ab alia diuisa nec actus ꝓferentis nec sig̃tum eas cõtinuat quia terminus p se continuans partes quãtitatis nõ est essentialiter extra illas sed hec duo sũt ẽentialiter extra ptes orationis simľr hec oratio potest esse ubi sig̃tum nõ est ut cõiungendo uoces nõ significatias ꝛ ibi nullũ est sig̃tum. Ad ṗmum argumentũ pt̃ dici ꝙ longũ ꝛ breue eq̄uoce conueniunt continuo ꝛ discreto huic scꝫ continuo ꝓprie illi trãsumptiue omne igitur mensurans perse ẜm hoc proṗe sumptuz est continuũ huiusmõi nõ est oratio equiuoca enim est longitudo sillabe ꝛ mẽsurati a linea. Ad secundũ dico ꝙ oratio ẽentialiter differt a numero ꝛ a quacũq; specie quãtitatis nõ tãtum dr̃ntia materiali sed formali ꝛ specifica. illa tñ nõ ẽ nota imo vix alicuius speciei specialissime est nob̃ dr̃ntia nota quia si eẽt non posset esse verꝝ quod dicitur secũdo posterioꝝ ꝙ quelibet pars diffõnis debet eẽ in plus oẽs autez in eque hoc aũt non cõtingeret si ultima dr̃ntia esset nota illa eniz cũ sumatur a proṗa forma speciei nllõmõ est in plus specie igitur illud dictuz ẽ verꝝ quia differentie ultime fere oĩm diffiniendoꝝ ignote sunt.

Ueritur an Aristo. sufficienter enumeret species quãtitatĩ. Q: nõ uidetur per Aristoti. in 5.º metaphice tempus est quantum peraccidens sed de nulla specie predicatur genus peraccidens igitur tẽpus non est species. Item per ipm ibidẽ tempus est quantũ per motum igitur

motus magis quantus. vnde Aristo. pmo posterioꝝ ppter quod vnūquodqꝫ tale ⁊ illud magis igitur sunt plꝰes species q̄ꝫ hic enumeret. Itē tēpus est numerus p Aristo. 4° phicoꝝ igitur nō est alia species. Itez locus non enumeratur q̄nto metaphice inter species quātitatis igitur uel est isufficiēs ibi uel locus nō est quātitas. Simil'r cōmentator ibi assignat causam quare Aristo. omittit ibi locū dicens q̄ locꝰ nō est quātitas ſm opinionem Aristo. ſ tantū famose. Itē locus nō videt̄ alia species a supficie quia illud primo ponitur in diffōne loci in abstracto et quando accidens in abstracto diffinit̄ quod primo ponitur in diffōne eius ē de eius essentia. Ad oppositum est Aristo. ꝛc.

Ueritur iuxta hoc an locꝰ sit quātitas. Q nō uidetur qꝛ oē quod ponitur in diffōne accintis est subiectū eius uel de eius eēntia ultimū corporris continentis ponitur in diffinitōe loci ⁊ nō est de eius eēntia quia tunc eēt eadez species cū supficie igitur ultimū est subiectū loci ſ ipossibile est passionem ⁊ subiectū esse species eiusdē generis igitur locus nō ē spēs quantitatis ⁊ rō confirmat̄ p cōmētatorem 5° metaphice qui dic̄ locū esse passionē in ultimo ut imobilitatē. Itē ad quantū inquātuz quātuz nihil mouetur naturaliter sed ad locū pprium quodlibet mouetur nāliter p Aristo. 4° phicoꝝ igitur probatio maioris nihil mouetur ad aliud nisi ppter conuenientiā in natura sed quantū iquantuz quātum cū nullo cōuenit in natura ſ ē natura que est pncipium motus ⁊ q̄es quia nāliter prius istis inest substātie.

Itē quātum iq̄ntū q̄tum nō saluat aliquid nāliter quia nec cōuenit cū aliquo in nat̄a ſ locus inq̄ntuz locus saluat locatū p Aꝛ. 4° phicoꝝ. Item locus pse dicit̄ ad locatū igitur est in genē relationis. Ad oppoitum est Aristo. Itē locus ē pse mēsura igit̄ quātitas an̄s patet cn̄a etiā p Ari. qui sic arguit de oratione. Itē prope pprium non inuenitur extra illud cuius est. Sed ppe pprīū est quātitati ut ſz eam aliquid eq̄le uel ieq̄le dicatur hoc aūt cōuenit loco igitur est quantitas.

Itē locus est pse diuisibilis igitur locus est quātitas ꝛc.

Uxta hoc querit̄ an sint quantitas continua Q nō uidetur figatur uirga aliqua cōtinua i terra cuius pars sit in terra ps in aere tunc arguo locus est ultimū corpis cōtinētis ſ ultimū aeris ⁊ ultimū terre q̇ locāt hoc locatū nō sunt cōtinua ſ tm̄ contigua igitur locus huius virge nō est cōtinuus. Ad oppoitum ē Aꝛ.

Ueritur iuxta hoc an pticule corporis ⁊ loci copulētur ad eūdem terminuz. Q nō uidet̄ qꝛ pticlꝰe corporis copulantur ad supficiē pticule loci non quia locus est superficies ⁊ particule supficiei nō copulant̄ ad superficiem. Item locus est diuisus a locato per Aristo. q̄rto phicoruz igit̄ nō ē idē termians cōtinuās partes vtriusqꝫ cōseq̄ntia patet qꝛ termius ab eo cuius est nō est diuisus igitur non est idem duoꝝ diuisoruz. Ad oppositū est Aristo. Ad secūdū q̇sitū dicendū q̄ locus nō est species quātitatī ppter primā rōem ibi ⁊ propter dictū cōmentatoris supradictū in questione pcedenti. Similiter pro pma ratione.

Ad tertiam questionem dico q̄ locus nō est necessario continuus sed nihil differt ad vnitatem eius supficies esse cōtinuatas si idem locetur a diuersis corporibꝫ contiguis uel supficiem vnius continentiaz quando locatū locatur in uno locante. Siliter ad q̄rtam q̄ nullo modo possunt partes loci copulari ad eundem terminuz numero ad quē partes corpis quia locus diuisus est a locato locus enim est unde et ad quez locatū mouetur ⁊ nō mouetur

44

cū locato nec ad eundem terminuꝫ spe cie quia ille termius corporꝭ est super- ficies que nō est termius loci nisi locꝰ esset corpus imo ad nullū terminū eū dem oꝫ eas copulari cuꝫ nō oporteat eas esse continuas. Ex hoc sequit̄ solutio ꝑme q̄ōnis quia nō sufficienter enumerat species quātitatis saltem q̊ ad hanc speciem locus. Ad auctori tates Aristo. in oppositum ad omnes q̄ōnes dōm ꝙ nō loquitur hic de loco ſm ꝓpriam opinionē sꝫ ſm opinionē ponentiū locū eē spaciū equale locato ⁊ ſm illam eēnt hec oia vera de loco. Sed illa opinio improbatur ab Ari stotile. q̄rto phicoꝝ ita frequenter qñ loquitur de aliquo ubi nō est ꝓꝑus lo cus determiandi veritatem de illo vtit̄ cōmuni sententia alioꝝ usqꝫ alibi vbi locus est de illo veritatem determiare dūmodo ars possit dari ſm sentētias alioꝝ sicut ⁊ ſm ueritatē propꝛiam ita ē pene de oibus exemplis in logica qꝛ si sic sit uel nō nō curat sed ꝙ ars sit vera in istis si hec sint talia sicut hic sufficiē ter manifestatur quantitatē esse genꝰ quia habet sub se multas species inter medias ⁊ specialissimas siue locus sit a liqua istaꝝ siue non. Ad primuꝫ ar gumentū prime questionis potest dici ꝙ aliquid esse quantum peraccidens siue ꝑ aliud ē dupl'r effectiue ul' fo̅al'r formaliter nō est tempus quātitas per aliud idest nihil aliud est per quod reci piat quantitas predicationem quanti tatis sed predicatur de eo perse primo modo effectiue quodāmodo pōt tem pus dici quantum per aliud quia effec tiue suam essentiam ⁊ suam quātitateꝫ q̇ est sua essentia habet ab alio ut a mo tu nō tamen efficit aliquid ꝙ tempus sit quantitas. Ad secundum dico ꝙ ꝓpositio Aristotilis tantū est uera ubi aliquod vniuocum dicitur ꝺ causa ⁊ effectu quod natum est recipere magꝭ ⁊ minus ⁊ q̄ndo causa est perse ⁊ total' ꝑma conditio deest hic ⁊ scd̄a sil'r ꝓbat̄ quia tempus est quātitas motus non est quātitas quia ratio eius tota potest intelligi cōuenire idiuisibili nec vniuo cantur in quanto quia illud dicitur de motu perse scd̄omodo nullomō de tem pore ut tempus est species quātitatis.

Ad tertiū dico ꝙ numerus aliquā- do tñsumitur ut generaliter sumatur ꝓ mēsura forte ꝓpter hoc ꝙ ratio mensu re in quātitatibꝫ ꝑmo conuenit nume ro ⁊ ita ponit̄ in diffinitōe tēporis non aūt ut est quantitas discreta ⁊ est equi uocatio penes scd̄m modū. Alia cōce- denda sunt de loco preter vltimum ad quod dōm ꝙ hec est ꝑ̄dicatio tantum materialis locus est vltimuꝫ ⁊ formali ter propō est falsa ſꝫ formaliter locus ē est imobilitas in ultimo ſm ꝯmētato- rem forte tamē in diffinitōe loci ꝑmo ponitur vltimuꝫ quia illud est notius i mobilitate loci. Ad argumēta in op posituꝫ secūde questionis dicendum.

Ad ꝑmū dici pōt ꝙ locus nō est mē sura ꝑse sed per naturaꝫ sui materialis quod est suꝑficies vnde ſm eandeꝫ di mensionē mensurat ſm quā ⁊ superfici es ⁊ si arguatur cōtra hoc quia aliam rationē mensure habet a suꝑficie ē. n. mensura extrinseca suꝑficies intriseca dici pōt ꝙ intrinsecū ⁊ extrinsecū perse nō variant rationeꝫ mensure iō nec lo cus perse habet aliam rationē mensure a suꝑficie ideo. n. est extrinseca quia est vltimū corporis continētis mālıter et vltimū contenti quod tamen mēsurat̄ a loco. Ad scd̄m dico ꝙ ſm locū for maliter nō dicitur aliquid perse equale alij sed forte materialiter ſm suꝑficieꝫ continentis imo magis locus dicitur equalis locato ſm Arist. q̄rto phicoꝝ ⁊ non illud ſm ꝙ alia dicūtur equalia.

Ad tertiū dico ꝙ locus ꝑaccidens est diuisibilis per naturā materialis sui sicut cetere forme perse fundate i quā titate sunt ꝑaccidens diuisibiles ꝑ na turam quātitatis ⁊ locus forte plus ce terꝭ eo ꝙ est ꝓꝑa passio suꝑficiei ⁊c.

Ueritur an quãtitati sit aliqd contrariũ. Q. sic videtur ꝑmo ꝑ rõnes generales aliq̃ quãtitas magis distat ab alia aliqua minus igitur aliqua maxime distat ab alia sed contrarietas est maxĩa distãtia i eodez genere ꝑ Aristo. 4° metaphice igitur aliqua quãtitas alij contrariatur ꝑma ꝯña oñditur prius auctoritatibꝫ ꝛ rõne supra in hoc genere ꝛ in oi alio est dr̃a ſm spẽm ꝛ illa est contrarietas ꝑ Arĩ. x°. metaphice igitur ꝛc. Itẽ hoc arguitur ꝑ rõnes ꝓpas quia ꝑ Aristo. q̇nto phicoꝝ ois motus est a cõtrario in cõtrariũ uel a medio in medium sed in gñe quãtitatis est motus ꝓpe dictus ꝑ ipm ibidẽ igitur ibi sunt cõtraria uel media inter cõtraria ꝛ si media igitᷣ ꝛ cõtraria. Itẽ suscipe magꝭ ꝛ mius ꝛ recipere cõtrariaꝫ sunt ꝓpetates conuertibiles respectu cuiuscũqꝫ generis sed quãtitas suscipit magꝭ ꝛ minus igitᷣ etiã contraria maior patet inductie probatio mioris magnuꝫ ꝛ ꝑuũ sunt perse passiones quãtitatis ꝛ eius solius sed magꝭ ꝛ minus nõ fiunt nisi vbi magnũ ꝛ paruũ ꝛ alicubi igitur in solo genere quãtitatis. Silr̃ oẽ totũ est maius sua parte sed quãtitas aliqua est ꝑse pars alterius quãtitatis igitur in quãtitate est ꝑse magis ꝛ minus. Similiter isũt ꝑse equale ꝛ ineq̃le sed ineq̃le ẽ magis uel minus igitur ꝛc. Itẽ magnum ꝛ paruum uidẽtur quãtitates cõtrarie silr̃ sursuꝫ ꝛ deorsum igitur ꝛc. Ad oppoituꝫ est Aristo. Ad q̃oem ẽ dr̃m ꝙ cõtrarietas sumitur equiuoce. s. proprie ꝛ tr̃suͤptiue transũptiue dicitur absolute maxĩa distantia in genere ꝛ extẽditur ad oppõem ꝑuatiuã sicut i ꝑmo phicoꝝ dicitur ꝑncipia eẽ contraria ꝑ forma ꝛ priuatione oppõ in hoc modo est contrarietas in omni genere quia ois diuisio generis est ꝑ differentias oppositas hoc modo contrarias contrarietas ꝓpe est maxĩa distantia formaꝝ que nate sunt mutuo siue circa idẽ susceptĩ hoc negatur a sb̃stantia et q̃titate ꝛ est hoc intelligendũ i deffinitis idest in spẽbus quãtitatis ut dicit Arĩ. nõ forte in passionibꝫ. Silr̃ intelligẽdũ est de quantitate ſm se nõ ſm esse naturale quia forte illomõ habet cõtrarium ut dicetᷣ rñdendo ad argumẽta. Ad ꝑmũ dicitur ꝙ in quãtitate nulla ẽ maxima distantia sicut diuisio continui ꝓcedit in infinitũ ita etiã infinitas in cõtinuis ꝛ numeris causatis ex diuisione eoꝝ. Cõtra hoc est quod dicᷣ Porꝰ ꝙ spẽs specialissime sunt finite ſm nãz licet nõ quo ad nos hoc etiam videtur ꝑ rationẽ quia quelibet species est pars eẽntialis vniuersi ꝛ in illis partibꝫ non uidetur possibilis infinitas quia hec repugnat ordini qui est bonum uniuersi põt igitur dici ꝙ quãuis essent infinite species in potentia quãtitatis licet nulla infinitaꝝ alij contrarietur quia nec maxime distat tamẽ species itermediabis cõius potest maxime distarᷣ ab alia specie intermedia cõmuni illis ut continuũ maxime distaret ſm formaꝫ continuitatis a discreto licꝫ continua eẽnt infinita ꝛ discreta silr̃ potest igitur dici ꝙ due prime rõnes veꝝ concludunt de contrarietate ꝑmomodo dicta transunptiue quia tantũ de ista ẽ utraqꝫ auctoritas Arĩ. intelligenda. Ad tertiũ dico ꝙ ad quantitatẽ ſm se non est motus sed ut subest naturali ꝛ illomodo habet contrarietatem ut iperfecta quãtitas perfecte ad quas ꝛ de quibus sunt argumentatio ꝛ diminutio iste drñtie nõ sunt quantitatis ſm se sed quantitatis naturalis imperfecta enim dicitur que nõ est debita speciei ſm suaꝫ formã naturalem perfecta ꝑ oppoitum nam ut dicitur in secundo de anima omniuꝫ natura constantiũ est determiata ratio magnitudinis ꝛ augmenti nõ enim aliqua quantitas imperfecta absolute est in genere quantitatis sed imperfecta tl̃i enti naturali ꝛ ſm hoc mouetᷣ q̇d ab imperfecta quantitate ad perfectam ulᷣ

⁊ ꝯuerso. Contra motus est ad rez
alicuius generis nõ ad ens ꝑaccidẽs
ꝑ Aristoti. in tertio phicoꝝ tot sunt
species motus quot ⁊ entis addit cõ-
mentator acquisiti ꝑ motuz sed quã-
titas sub esse naturali nõ est species ge
neris sed ens ꝑaccidens quia cõposi-
tum ex duobꝫ quoꝝ unũ alteri accidit
igitur ad quantitatez sic nõ est motus
sed ad illud quod ꝑse est in ginere quã
titatis est motus igitur illi est aliquid
contrariuz. Potest dici hic ꝙ ad quã
titatem est motus ita ꝙ acquisitum ꝑ
motũ ut terminus est ꝑ se in genere
quantitatis sed nõ acquiritur ut ẽ quã
titas sed sub tali modo essendi ⁊ sub ta
li modo essendi habet contrariuz tunc
oportet dicere ꝙ nõ oportet illi forme
que est ꝑ se terminus motus esse ali
quid ꝓpe contrariuz sed tantũ ei ut
acquiritur per motuz. Tunc ad formã
dico ꝙ quãtitas sub esse naturali si in
telligatur vnũ cõpoituz ex his est ens
ꝑaccidens sed ipa quantitas non licet
sumatur sub tali modo essendi quando
modus non intelligitur esse pars entꝭ
cõpositi ex duobus ⁊ ita ad quantitatẽ
est motus. Ad quartũ argumentũ
dico ꝙ aliud est suscipere maius ⁊ miꝰ
⁊ aliud est suscipere magis ⁊ minus quia
maius ⁊ minus dicuntur ꝛm quanti-
tatẽ sed magis ⁊ minus dicunt intenti
onem ⁊ remissionẽ in forma cui addũ
tur concedenduz est tunc ꝙ quantitas
suscipit maius ⁊ minus sed nõ magis

Ad quintuz de magno ⁊ paruo re-
spondet Aristo. ꝙ non sunt quantita
tes quia dicuntur in sola habitudine
ad aliud aliter nũquam diceretur mõs
paruus ⁊ miliũ magnum. Similiter
respondet ꝙ si sint quantitates nõ sũt
contraria tum quia ei quod dicitur in
sola habitudine ad aliud nihil est con
trarium huiusmodi sunt magnuz ⁊ par
uum tũ quia tunc contraria dicerẽtur
de eodez quia aliquod idez est magnũ
ad hoc ⁊ paruuz ad illud igitur est mag
nũ ⁊ paruum. Contra primã respõ
sionez Aristo. in q̇nto metaphice po-
nitur magnitudo ꝑse species quantita
tis ⁊ concretũ nõ est in alio genere ab
stracto. Item ibidez in quinto dicũ
tur magnuz ⁊ paruum esse quantita-
tes ꝑse. Contra secundã responsi
onem ꝓbantur dupliciter magnum
⁊ paruũ nõ esse contraria ṗma ꝓbaꝰ
nõ videtur valere quia relationi aliq̇d
est contrariuz ut dicit Aristo. inferius
⁊ virtus vicio ⁊ scientie ignorantia.
Secunda ꝓbatio nõ uidetur valere
quia omnia opposita inferunt contra
dictoria igitur ad illa ad que nõ sequũ
tur cõtradictoria nõ sequuntur alia op
posita. Sed ad ꝓmissas in quibus ẽ
respectus ad diuersa nõ sequũtur con
tradictoria sed est ignorantia elenchi
ut ẽ duplũ ad hꝰ ⁊ nõ duplũ ad illõ igiꝛ
nec aliqua oppoita sequuntur ad tales
ꝓmissas. Ad ṗmuz istoꝝ potest di
ci ꝙ magnitudo sumitur equiuoce ut ẽ
species quantitatis ⁊ ut est passio secũ
domõ dicitur magnũ denominatiue a
magnitudine q̄ndo Aristo. negat ma
num esse quantitatẽ. Ad aliud dico ꝙ
sunt quantitates ꝑse secundo modo
idest passiones quantitatis nõ ꝓmo
ꝑse ut species. Ad aliud dico ꝙ nihil
dicitur contrarium eius cuius est re-
latiuũ quia contraria relatiue opposita
in multis distinguũtur magnũ autez
dicitur relatiue ad paruuz igitur nõ est
eius contrarium ita intelligit Aristo.
tamẽ cõtrariũ vni potest esse relatiuuz
alteri ⁊ scientia est relatiuũ ad scibile
⁊ ei nõ est contrariuz ꝛ ignorantie ita
in aliis. Ad aliud dico ꝙ relatiua pos
sunt ꝓdicari de eodẽ ⁊ de seinuicẽ sed
nõ relatiue oppoita ⁊ ita possunt rela-
tiua absolute inferre ex se sumptis re
spectu diuersoꝝ igitur magnuz ⁊ par-
uũ possunt inferri absolute ex se sump
tis respectu diuersoꝝ ⁊ ex ypotesi sũt
contraria igitur cõtraria de eodẽ con
cedo etiã ꝙ nõ possunt inferri oppoita

relatiue ex se sumptis respectu diuersorum sed magnū et paruum posse et ex ypotesi illa sunt contraria de eodem. Ad sextū dico de sursū et deorsum quod uel sumitur simpliciter sursū pro circūferētia celi et deorsum uel sumitur gñaliter ut quod libet dicitur sursū respectu inferioris primo nō sūt contraria quia nō sunt nata fieri circa idem nec maxie distant in natura licet forte maxime distēt secundum locū secundo non sunt ad aliquid et est vtraque rñsio de eis que de magno et paruo pōt tamen dici quod siue sint cōtraria siue nō nihil ad propositū quia si sunt species uel differentie loci non sunt in genere quantitatis quia nec locus ut predictū ē.

Ad aliquid vero talia dicuntur.

Queritur primo an genus relationis sit genus unū. Quod nō uidetur enti et nō enti nō ē genus unū cōe uniuocum sed alique sunt relatiōes entes et alique nō entes etc. probō prime partis minoris inter ens et non ens est contradictio que videtur relatio media quae videtur nō ens tum quia inter cōtradictoria nihil est mediū et talis relatio est mediū inter cōtradictoria igitur nō est aliquid. tū quia illa oppō potest eē in nō ente ut in subiecto sed accñs quod est in nōente ut in subō nō potest esse ens.

Dicitur ad hāc scōam probatōem quod hec oppō tn̄ est in ente ut in subiecto secundum quod videtur haberi ex commētatore 6º metaphi.

Contra relatīn eqparātie equaliter denoiat vtrūque extremū in compatiōe ad aliud quod manifestū est in proposito quia eq verum ē de se nō ens oppōitur ēti sic ēs oppōitur nōenti ergo talis relatō eqliter pōt eē in vtroque extremo vt in subiecto

Ad principale enti rōnis et enti nature nihil est uniuocū sed quedā relatōnes sunt entia nature vt paternitas et filiatio que essent intellectu nō exñte quedam vero sunt entia rōnis probatur tū quia relatio nō habet verius eē quā subiectū sup quod fundatur et multe relatōnes fundātur super res rōnis ut relatio generis ad speciem etc. huiusmodi igitur huiusmōi relatōes sunt tantū entia rōnis. Tum quia ois relatio reqrit duo extrema igitur cuiusmōi relatōis extrema nō sunt duo nisi secundum rōem est tātum ens rōnis talis relatio ē ydemptitas secundum quod dicitur 5º metaphice capitulo de eodem intellectus in illa relatōe vtitur vno vt duobus. Item ad principale ad aliqd sunt secundum Ari. quorum esse est ad aliud se habere istud iest oibus que sunt ad aliquid pse primo modo igitur per naturā alicuius vniuoci eis illud nō est nisi gñalissimū relatōis igitur gñalissimum relationis hoc ipm quod est ad aliud se habet non ad aliqd prius nec posterius quia relatia sunt simul nā non ad eqle quia si essent duo gñalissima quod etiā gñalissimū se habet ad aliud patet ex ipo noie dicitur enim ab Aristo. ad aliud et nō potest concipi aliqd nō esse ad aliud nisi contradicto r ū dicatur de cōtradictorio. Item ad principale cuiuslibet vnius gñis sunt tātum due species prime sed generalissimi relatōnis nō sunt tātum due prime spēs igitur gñalissimū relationis nō est vnū probatio mioris quia si sic sint. a. et. b. relatia aut igitur refertur. a. sibi et. b. sibi et tunc ambo sūt relatia eqparātie igitur et omnia iferiora et ita relatiuū suppōis et suppositōis erunt in alio genere gñalissimo aut. a. refertur ad. b. et ecōuerso et si hoc igitur species eorum referuntur ad inuicem quia per Aristo. in 4º topicorum si genus ad genus et species ad spēm et simili in scdo si ad ppositū sequitur propositū ad relatiue oppōnem añtis seqr relatiue oppoitum cōseqntis et non est intelligendū nisi de cōseqntia supioris ad inferius si aūt. a. et. b. referantur sibi mutuo igitur oia relatiua sunt relatiua suppōnis et suppositōis igitur relatiua equipantie erunt in alio genere generalissimo. Aut tertiū quod refertur ad aliud et non ad. b. vt ad. c. et. b. refertur ad aliud et nō ad. a. ut ad. d. et tūc sequitur quod. c. et. d. non sunt priores nec

posteriões q̄̃.a.ꝛ.b.quia vtrūq̃ ē eque
p̄mu3 cu3 suo corelatiuo quia sunt sil'
natura igitur erunt quatuoꝛ p̄me spēs
vni⁹ generis: Aut q̄rto.a.referť sibi ꝛ
b.alij uel .b.sibi ꝛ.a.alij ꝛ vtroq̃ modo
erunt tres p̄me species huius generi:
quia illud aliud ad quod refertur.a.uł'
b.est eque primu3 cum suo corelatiuo
nullo igitur istoꝝ q̄tuoꝛ dato erit hoc
genus vnu3. Ad oppoitum est Ar'.
dicendū q̃ gñalissimu3 in genere relō
nis est vnū quia s̄m vnā ratione dicit'
de omnibꝫ suis inferioribus que ratio
est habitudo vnius ad aliud ꝛ q2 ōnes
relationes habent eundem modu3 de
noiandi substantiam videlicet in com-
paratione ad aliud ut accidentia quia
eodemmō denoiant sb̄stantia3 sūt vni⁹
generis. Ad primū argumentū ad
mioꝛe3 dico q̃ nulla relatio est nō ens
cū probatur oppoitum de contradictio
ne. Ad prima3 probatōem q̃ inter cō
tradictoria nō est mediū intelligendū
est de his que subsunt intentioni cōtra
dictōis ut de cōplexis sicut de quolib3
subiecto vno est predicatū affirmare l'
negare ꝛ nō est mediu3 de icomplexis
ꝛ sic alteꝝ illoꝝ dicitur de quolibet ꝛ n̄
est mediu3 s̄ alia ꝓpō sc3 q̃ talis rela°
est media inter contradictoria intelli-
genda est ratione intētionu3 ꝛ tunc cū
cōcluditur cōclusio fit fallacia accn̄tis
quia mediū sumitur extranee in p̄mis-
sis hoc sc3 quod est medium esse inter
cōtradictoria. Istud patet i exemplo
ens ꝛ nō ens referuntur pse adinuicē
ꝛ inter ista absolute nihil est medium
sed ista inquantum contradictoria re
feruntur ꝛ sic inter illa est contradictō
media sicut inter similia est similitudo
media ꝛ inter quecūq̃ relatiua est rela
tio media. Ad aliam probationem
concedo q̃ illa relatio potest esse in nō
ente ut in subiecto sicut ꝛ in ente non
ens tam en inquantum est subiectum
illius relationis est ens rationis ꝛ ita
talis relatio potest esse ens rationis.

Ad secundū principale nego maio
rem ꝛ cōcedo q̃ relatio dicitur ens rō
nis uel quia vtrūq̃ extremu3 uel alte
ru3 est solūmodo ens rationis uel q2
extrema eius nō sunt duo nisi s̄m rati
onis consideratione ut est in ydēptita
te potest tamen maioꝛ vtriusq̃ ratōnis
sic probari non omni enti est aliquid
vniuocum nec etiam omni enti nature
est aliquid vniuocū igitur multomagis
nec aliquid erit vniuocum enti ꝛ non
enti siue enti rationis quia si illis que
magis videntur cōuenire nihil est vni
uocum nec illis que minus ꝛ ad hanc
probationem s̄m q̃ est pro secūda rōe
dicendu3 q̃ ꝯsequētia nō valet nec est
ibi locus a maioꝛi quia nō omnia entia
nature plus conueniunt in aliquo vni
uoco q̄̃ ens nature ꝛ ens rationis nisi
forte in pluribus dictis de eis equiuo
ce. Sed quia de oppositōne que est
inter ens ꝛ nō ens est absolute veru3
dicere q̃ est nō ens quia aliter ess3 me
dium inter ens ꝛ nō ens ꝛ quia est i nō
ente simpliciter ut in subiecto ideo nō
videtur ponenda in genere relationis
cū ens s̄m se diuidatur in decem gene
ra gñalissima quia etiam licet aliquid
sit vniuocum enti nature ꝛ enti ratōis
hoc est enti quod est in ratione ut scie
ꝛ virtuti est aliquid vniuocum tamen
enti quod est ex sola cōsideratione ra
tionis ꝛ enti nature nihil videtur vni
uocum quia tunc haberent oppōnem
quia omnia vniuoce contēta sub aliq̄
eodem ut species differunt differen-
tijs contrarijs ꝛ ita nō possunt talia en
tia rōnis applicari cuilibet enti nature
quod est falsum ideo videtur dicendū
ad duas p̄mas ratiōes aliter. Ad p̄
ma3 cōcedo q̃ contradictio inter ens
ꝛ nō ens est nō ens simpliciter sed nō
est species in genere relationis. Ad
secundam similiter concedo maioꝛem
dicēdo ad mioꝛe3 q̃ nulla relatio rōis
ē species in genere relationis nec ydē
ptitas nec relationes fundate super i

tentiones secũdas neq̀ alie ꝯsimiles.
Contra ista ad aliquid sunt quorũ hoc ipm esse est ad aliḋ se habere hec est vera notificatio relatiuoꝝ ſm Ari. ista inest contradictorio quia hoc ipm quod est est contradictorij cõtradictoriũ ⁊ eidem quia idem hoc ipm quod ẽ ẽ eidẽ idem ⁊ sic de relatiuis intentionalibus ⁊ consimilibus ut genus hoc ipm quod est est speciei genus quod ḋ omnibꝫ ostenditur per hoc quia in diffinitionibus eoꝝ ponenda sunt sua cõrelatiua ut manifeste dicit Porphiri. de genere ⁊ specie ꝙ nõ oporteret nisi ḋpenderent adinuicẽ essentialiter õnia igitur predicta sunt vere relatiua igiᷓ ⁊ forme ſm quas dicuntur talia sũt vere relationes ꝙ negatum est. Itẽ ista in nullo alio genere videntur esse nisi in genere relationis ⁊ incõueniens videtur cõcedere illa esse in nullo genere
Item si cõtradictio inter ens ⁊ non ens nõ sit in aliquo genere relationis Quero de aliqua contradictõe que est inter alia extrema vtꝝ illa sit in genẽ relationis si sic contradictio nõ inest omnibus vniuoce quod est icõueniẽs cum contradictionis vniuersaliter sũpte assignetur eadem diffinitio i pmo posterioꝝ scꝫ contradictõ est oppositõ cuius nõ est medium ſm se si aũt cõtradictio inter alia extrema nõ sit i genere relationis ⁊ ita nulla contradictio ⁊ cõtrarietas est i genere relationis ut manifestũ est quia ẽ pse habitudo vꝫ duorum entiũ igitur oppõ nõ erit vniuocũ contradictõi ⁊ cõtrarietati quod videᷓ contra Boetiũ in illo capitulo iferiꝰ
Quotiens aũt solet opponi qui diuidit oppõnẽ in has q̃tuor species oppõnis sicut genus i species imo sequitur maius incõueniens ꝙ oppositio icõuenienter ponatur in diffõne cõtradictionis i pmo posterio. quia oppõ sumpta ſm illam signifitationẽ ſm quã conuenit cõtradictioni aut est idẽ contradictioni aut supius ea si idẽ frustra addiᷓ illud in diffinitõne cuius nõ est mediũ ſm se quia oppõ ſm illũ modũ accipiẽ di pse determinatur ad cõtradictionẽ si superius nõ habet sub se alia inferiõa a contradictõe nisi alias species oppõnis sed alie sunt entes ⁊ cõtradictio nõ ens ⁊ tunc aliquid erit vniuocũ enti et nõ enti quod negatum est. Ad primũ istoꝝ potest dici ꝙ vera notificatõ relatioꝝ quã ponit Aristo. nulli illoꝝ conuenit quia nullius eoꝝ eẽ ẽ ad aliḋ se habere aliud.n.est dr̃ntia entis ⁊ dr̃ tantũ in ꝯpatione ad ens nõ enim dr̃ aliquid aliud a nõ ente nunc predicta lꝫ eoꝝ correlatiua sunt nõ entia simpliciᷓ loquẽdo ⁊ ideo nullius illoꝝ eẽ est ad aliud se habere nisi forte ſm rationem sicut ista ⁊ sua correlatia sũt entia. Et si arguatur ꝯdictorij esse est ad aliud ſm rationẽ scꝫ ad ꝯdictoriũ se habere igiᷓ est ad aliud se habere est fallacia ſm q̇d ⁊ simpliciter quod dicitur ꝙ in diffõnibus istoꝝ põnũtur sua correlatiua. dꝰ ꝙ nullũ istoꝝ habet verã diffõẽ exprimentem quid est res licet habeat rationẽ exprimẽtẽ quid diciᷓ per nomen uel illud qḋ itellectus concipit de istis que ratio licet sit diffinitio eoꝝ simplꝛ nõ tamen est diffinitio simplr. Ad secundũ dico ꝙ nõ est inconueniẽs cõcedere illa nõ esse in aliquo gñe generalissimo ut species si tñ debeant poni in genere per reductionẽ maxime ponenda sunt in gñe relatiõis quia plus speciebus eius assimulantur sicut forte omnia intẽtionalia sunt in genere per reductõem ⁊ hoc in illo cuius speciebꝫ maxime assimulantur, in modo predicãdi. Ad tertium concedo ꝙ oppositõ nõ sit vniuoca contradictioni ⁊ contrarietati cum assumitur a Boecio ꝙ diuisio oppõnis in ista q̃tuor est diuisio gñis in spẽs hꝰ põt intelligi gñis .i. generaᷓ q̄ diuisũ ſm aliquẽ modũ pdicaᷓ de diuidẽte ⁊ iõ p hꝫ distiguiᷓ hec diuisio a dione totiꝰ i ptes. lꝫ sic ꝙ illḋ sic itelligaᷓ ꝑ aliq̄bꝫ diuidẽtibꝫ nõ ꝑ oībꝫ

47

quia contrarietas ⁊ oppoſitio relatiua
ſunt ſpecies oppõnis ſumpte ſm vnaz
ſignificatõem ſm quã eſt genus inter
mediũ in genere relationis licet cõtra
dictio nõ ſit ſpecies eius ut ſic ſumitur
ꝑ hoc ad illud de libro poſterioꝝ dico
ꝙ diffinitio contradictõnis eſt bene aſ
ſignata ⁊ ꝙ oppoſitõ ſz illã ſignificatõ
nez ſm quã conuenit cõtradictioni nõ
eſt oio idez illi ſed ſupius ⁊ habet aliõ
inferius uidelicet ꝓuatiuam oppõez qꝛ
taz illa quam contradictio uel eſt non
entis ut ſubiecti uel ut termini quorũ
vtrũqꝫ oportet eſſe ens ad hoc ꝙ rela-
tio eſſet ens. Ex his ſequitur ꝙ oppõi
vno ſenſu ſumpta dicitur de cõtrarie-
tate ⁊ relatiua oppõne uniuoce in alio
ſenſu dicitur vniuoce de contradictõe
⁊ priuatiua oppõne. Ad tertium dr̃
ꝙ generaliſſimuz relatõnis nõ eſt ad a
liquid nec aliquid quod eſt in illo gñe
perſe ſed ipm generaliſſimuz eſt habi
tudo vnius ad aliud ⁊ ita õnia que ſũt
in genere relationis. Ad illã probõez
in contrarium dicitur ꝙ illa diffinitio
nõ datur de relatione. Sed de relatis
ſimlr̃ hoc nomen adaliquid eſt cõcreti
ue dictũ a relatione ⁊ nõ relationis ni
ſi ſic intelligatur ad aliquid eſt habitu
do ad aliquid. Per hoc ſilr̃ ad quar
tam rõnem principalem ꝙ prime ſpẽs
relationis nõ referuntur adinuicẽ ſibi
nec alij ſed ſunt principia referendi ſic̃
⁊ omnia alia que ſunt in genere relatõ
nis. Cõtra iſtas duas reſpõſiones
ex his ſequitur ꝙ neutra diffinitõ quã
ponit Ariſto. eſſet eoꝝ que ſunt in ge
nere relationis nec etiam aliqua ꝓpe
tas quã ipſe aſſignat ⁊ ita omnis deter
minatio Ariſto. eẽt ipertinens ad ge
relationis ꝯña ꝓma patet inducendo
in ſingulis proprietatibus quas ponit
Ariſto. quaꝝ nulla conuenit relatiõni
bus ſed relatiuis. Item oppoitum
nõ ẽ principiũ ſui oppoiti igitur forma
abſoluta nõ eſt ꝓncipium ſm quod ali
quid dicit̃ cõparatuz ad aliud ſ relatõ
eſt huius forma igitur nõ eſt abſoluta i
ſe igitur eſt ad aliud. Item cõceſſo
eo quod dicitur nõ vitatur difficultas
argumentoꝝ pricipaliũ quia ſi genera
liſſimuz in abſtratto ſit relatio aliquid
ſm eam dicitur relatiue ad aliud ꝓba
tio huius tum quia ſm qualitatem ſm
quod eſt generaliſſimũ dicimur q̃les
ſm Ariſto. quia ſic notificat qualitatẽ
igitur ſm relationẽ ut ẽ generaliſſimũ
dicuntur aliqua relatiua. tum quia ſm
relationes inferiores in genere relatõ
nis dicũtur aliqua relatiua omne aũt
inherens perſe ꝓmo cuilibet ſpeciei vni
uoce inheret per naturam generis et
ita generi primo igitur ſm generaliſſi
mũ dicitur aliquid relatiue. Ex hoc
arguo aut relatiuuz dictum ſm formã
generaliſſimi dicitur ad aliquid ſm ali
am formaz aut eandem ſi eandem igit̃
relatiuum equiparãtie igitur ⁊ relatio
illa eſt relatio equiparantie igitur oẽs
inferiores relationes. Si dicatur ad
aliud ſm aliam formaz igitur ⁊ illi alij
correſpondet alia forma ſm quam dici
tur relatiue ad iſtud illa eſt eque prima
cum relatione que eſt generaliſſimuz
quia relatiuum illud eſt eque primum
cũ illo igitur due relationes generaliſ
ſime eque prime. Similiter manet
difficultas quarte rationis quia ſi pri-
me ſpecies ſint relatiões quero an ſũt
relationes equiparãtie ⁊ ita omnes re
lationes inferiores erunt tales relatõ
nes. Aut. a. eſt principium referendi
aliquid dictũ ſm eum ad aliquid deno
minatum. a. b. ⁊ ita erunt. a. ⁊. b. relatio
nes ſuppõis ⁊ ſuperpõnis aut. a. eſt ꝓn
cipiũ referendi denominatuz ab eo ad
aliquid denoiatum ab alia forma ut ad
c. ⁊. b. principiũ referendi ad aliquid ſe
cunduz eandem formaz ⁊ tunc erunt
tres prime ſpecies aut. a. eſt principiũ
referendi ad aliquid dictum ab alia fõ
ma et. d. ſimiliter ⁊ tunc erunt quatu-
or prime ſpecies ⁊ vniuerſaliter cuz om
ni relationi correſpondeat relatiuum:

⁊ ecõuerso nulla diuersitas erit in nu-
mero relatõuz ⁊ relatioꝝ. Ad ꝑmũ
istoꝝ dici põt ⁊ cõcedi ꝯñs ꝑmũ ꝙ illa
diffõ non est generalissimi relationis
nec alicuius specieꝝ sed eius quod de-
noiatiue dicitur ab ea. Silr̃ de proprie
tatibus nec tamen sequitur vlterius ꝙ
determiatio Arĩ. nullomodo sit cõue-
niens generalissimo relatõnis quia re
latio inter omnia entia est debilissimũ
ens cum sit sola habitudo duoꝝ ⁊ ita
mĩme est cognoscibilis ĩ se noscibilior
aũt est ſm ꝙ iformat ea quoꝝ est habi
tudo ⁊ ad determiandum de relatione
conueniens fuit determiare de relatis
presertim cum ex eoꝝ cognitione siue
diffinitione siue quoad ꝓprietates eo
rum possit haberi cognitio relationis
quia ⁊ si relatiui esse est ad aliud se ha-
bere proportõnablr̃ relatio ẽ forma ſm
quã hoc sic se habet ad aliquid. Consi
militer quo ad ꝓꝑetates si relatiua di-
cantur ad conuertentiam relatio ẽ for
ma ſm quam aliqua dicuntur ad ꝯuer
tentiã ⁊ sic de ceteris ꝓprietatib₉. Ad
aliam rõnez dico ꝙ ꝯpatio ⁊ absolutio
nõ sunt opposita nisi circa idem ⁊ ideo
absolutio circa formaz ⁊ compatio cir
ca subiectũ iformatuz forma non sunt
oppoita. Aliter põt dici ꝙ relatio nõ ẽ
forma cõpata nec absoluta quia .n. est
forma ſm quã aliquid dicitur compa-
tum alteri ideo nec est nata dici absolu
ta nec compata sicut nec absolutio sibi
oppoita est absoluta nec compata. Si
dicatur absolutũ ⁊ compatuz esse con
traria imediata circa ens quod est natũ
ea recipe sicut sanũ ⁊ egꝝ sunt contra
ria imediata circa corpus aialis sed nõ
circa sanitatem uel egritudinez nec .n.
sanitas neqꝫ egritudo est egra vł sana

Ad alias rationes dicitur ꝙ neqꝫ ſm
generalissimum relationis aliquid re
fertur neqꝫ ſm eius ꝑmas species sed
solũmodo ſm eius species inferiores.
Ad secundã ꝑus positam contra hoc
cõceditur ꝙ ſm omnes relationes infe-
riores aliquid refertur igitur ſm gen₉
ꝛc. conceditur ſm ipm genus ut est in
inferiorib₉ non in se. Contra illud
secundum Aristotilem. in quarto to
picorum. si species sit ad aliquid ⁊ ge
nus erit ad aliquid igr̃ si species sit ꝑn
cipium referendi ad aliquid ⁊ genus
erit principium referendi ad aliquid.

Item incõpossibilia includuntur ꝙ
generalissimũ sit relatio siue habitudo
ad aliud ⁊ ꝙ iformando subiectum nõ
faciat sbiectũ se habẽs ad aliud. Itẽ
probatio secunda nõ soluitur quia ſm
species omẽs specialissimas aliquid re
fertur igitur ſm aliquod vniuocũ illa
sunt genera infima intermedia sed ſm
omnia illa aliquid refertur igitur per a
liquod vniuocuz eis quod genus vni
uocũ est superius eis ⁊ ita semper ascẽ
dendo ad generalissimũ tandem opꝫ
cõcedere ꝙ ſm generalissimũ aliquid
refertur nec solũmodo ſm quod habꝫ
esse in inferioribus quia sic nec est aliõ
a suis inferioribus ⁊ ꝑ cõsequens nom
vniuocũ illis. Ad secundam istarũ
rationuz diceretur ꝙ generalissimuz
nõ informat substantiaz nisi in suis ife
riorib₉ quia nõ informat substantiaz ni
si inquantum est ens nõ est aũt ens ni
si in suis inferioribus. Contra hoc
saltem potest concedi ab intellectu re
lationem informare substantiam non
concipiẽdo aliquã iferiorem relationẽ
iformare sbstantiam quia potest prius
concipi ab intellectu non concipiẽdo
posterius ⁊ ita conceduntur opposita
scꝫ ipsum informare substantiam ⁊ ta-
men non esse relatiuuz relatum per ip
sum quod est impossibile. Ad tertiã
igitur rationem principalem dicendũ
ꝙ generalissimũ in genere relationis
est principium referendi ad aliud sed
non ad aliud relatiuum ſm aliam for-
maz in genere. Consimiliter relati
uum dictum a generalissimo denomi
natiue dicitur relatiue sed non ad ali-
quid relatum ſm aliam formaz genẽ.

Contra hoc si relatio sit principiũ
referendi ad aliquid relatum ſm eandẽ
formaꝫ igitur ẽ relatio equiparãtie ⁊ re
latiuũ denominatuꝫ ab eo relatium e-
quiparãtie ⁊ ita omnes relatões ⁊ re
latiua iferiora erunt equipantie quod
est incõueniens. Ad istud dicendũ
ꝙ relatiuũ equipantie est equiuocum
quia ppe sumptũ est aliquid relatũ
ad aliud ſm eandem formam specie a q̃
impõitur vnũ nomẽ quod de utroqꝫ ex
tremo relatiõis talis dicitur cuiusmõi
sunt simile ⁊ equale ⁊ huiusmodi tran-
sumptiue dicitur relatiuũ equiparãtie
omne illud quod eodem nomie deno-
minat vtrũqꝫ extremũ licet illud nom̃
non imponatur ab una forma specie et
hoc secũdomodo concedo relationeꝫ
que est generalissimũ esse relationem
equiparantie ⁊ relatiuũ ab ea dictũ eẽ
simplr̃ relatm̃ equiparãtie dicitur eniꝫ
relatiuũ relatiui relatm̃ ſ relatõ pmo
sumpta est species huiusmodi generis
Contra quocũqꝫ modo gñalissimũ
sit relatio equipãtie sequitur relatiões
oẽs inferiores esse illomodo tales qȯ
uidetur incõueniens cum paternitas
⁊ hꝰ relatõis suppõis ⁊ suppõis nulloꝰ
sint relatões equipantie quia non de
noiant utrũqꝫ extremũ aliqua eodem
noie. Ad hoc dici potest ꝙ ois relatio
inferior est equipantie idest pncipium
referendi ad aliquid dictũ ſm eandem
formaꝫ genere ubi etiam vtrũqꝫ extre
mũ eodẽ noie generis noiatur licꝫ nõ
quelibet sit pncipiũ referẽdi ad aliq̃d
ſm eandem formaꝫ specie nec ubi utrũ
qꝫ nomiatur nomine speciei dicitur. n.
pater ſm formaꝫ sui generis relatiuũ
relatiui ⁊ si nõ dicatur ſm ppriam for-
maꝫ patris quia ſm ppriam formaꝫ pa
tris dicitur pater. Ad quartã rõem
pncipalẽ cancedo ꝙ tam. a. q̃. b. ẽ prin
cipiũ referendi ad aliquid dictum ſm
candem formam puta sit. a. hoc qȯ est
relatio equiparantie. b. hoc quod est re
latio suppõis ⁊ suppõnis. d. ⁊ relatiuũ
denomiatum. a. b. quod est relatiuũ sup

põnis ⁊ suppositionis dicitur ad relati
uũ suppõnis ⁊ suppõis sed non seq̃tur
ex hoc ipm esse relatm̃ equiparantie ni
si sumendo secũdomodo sicut dictum
est prius. Et si forte queratur diuisio
hꝰ generis qȯ est. b. quomõ eius pme
species se habent potest concedi ꝙ refe
rantur mutuo inter se ut si unũ sit rela
tiuum ſm potentiaꝫ actiuam ⁊ reliquũ
ſm potentiam passiuam ⁊ vlterius põt
concedi ꝙ species eoꝝ referantur iter
se ut pater qui est species ⁊ calefactiuũ
que sunt species pmi generis ad filiũ
⁊ calefactibile que sunt spẽs secundi et
pportionabiliter est dicendũ de relatõ
nibus correspondẽtibus. Ex his pa
tent tot qualiter relationes rationis
se habeant ad genus relatõnis ⁊ iuxta
hoc quomȯ entia rõnis sunt in genere
⁊ quomȯ illud sit intelligendum inter
cõtradictoria nõ est mediũ ⁊ quõ oppõ
se habet ad illa quatuor in que diuidit̃
inferius in hoc libro ⁊ quõ ſm relatio
neꝫ ut est generalissimũ aliquid refert̃
⁊ ad que referatur ꝙ ab eodem deno-
minatiue dicitur ⁊ quomõ equiuoce di
cuntur aliqua relatiua equiparantie ⁊
qualiter determinatõ Aristotil' sit con
ueniens que est de relatiuis cuꝫ sole re
lationes sint in hoc genere ut species
⁊ quomõ huiusmõi generis sunt tantũ
due prime species ⁊c. que patent inspi
cienti.

Queritur an secunda notificaꝰ
relatiuoꝝ quam ponit Aristo.
sit conuenienter data. Qꝛ nõ
videtur quia illa nulli in genere relatõ
nis conuenit igitur non conuenit ge-
neralissimo relationis probatio ante-
cedentis quia si esse relationis eẽt ad
aliud se habere hoc esset per aliam rela
tionem illius igitur alterius esse esset
ad aliud se habere pari ratõe ⁊ sic in in
finitum quarum semper posterior esset
relatio priõis quod est inconueniens.
Itẽ illa diffinitio aut est forme rela
tõis in se qȯ ad argumtuꝫ pcedẽs est i
pbatũ aut subiecti in se qȯ falsum est

quia eius esse nō est ad aliud se habere quia ipm ꝺm se est res alterius generis ⁊ absolutū aut subiecti iformati tali forma ⁊ tunc est entis paccidens quod ē incōueniens quia eius nō est diffinitō ꝺm Aristo. 6° metaphice nullius igitur est notificatio illa quod est incōueniēs.

